2

IOAN. MVR-
MELLII TABVLA-
RVM OPVSCV-
LA TRIA,

PER PETRVM GODOFRÆDVM
REMÆVM IN EPITOMEN
REDACTA.

Harum tabularum ſeriem ſequens
indicabit pagella.

VNVM VEL, DVOS



PLVRIMVM POSSE.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

MEDIOLANI.
APVD FRANCISCVM ET SIMONEM
MOSCHENIOS FRATRES.
M. D. LIII.

TABVLARVM ORDO.

Primùm agitur.

De cognoſcendis nominum Generibus, ac recta nominum Declinatione.

Deinde.

De Anomalis nominibus,
De nominum Comparatione,
Deq; verborum Præteritis ac Supinis.

Poſtremò.

De verbis Anomalis, & Defectiuis: Simul, de Speciebus verborum.

ETRVS GODO-
FRÆDVS REMÆVS
LECTORI
SAL.

MAGNO iam olim ſtudio in id unum
incumbo, Lector amice, ut pueri ſub hac
noſtra ferula militantes, aliquos ſtatim
progreſſus in literis faciant. Id quod ui=
detur, non poſſe fideliter præſtari: niſi
præcedentibus ijs initijs, quibus uerus
rari poßit profectus, ſuis ueluti radicibus nixus: qui=
s q; apprehenſis, tandem in cacumen perueniatur. Ea au-
m à Grammaticis maximè ſunt petenda. niſi enim Gram
atica (inquit Fabius) pueris fundamenta iecerit, quic=
uid ſuperſtruxeris, ſtatim corruet. At uelim initia illa,
æceptaq;, facilia, compendioſa, ac breuia. Quid enim bre
tate ipſa gratius? Nota eſt illa Græcorum parœmia, χά=
ς βραχεῖσιν ὀπηδεῖ: id eſt, Adiuncta eſt paruis gratia re=
ıs. Quædam (inquies) magis placent ſua mole, ac magni-
udine. Sunt contrà, quæ ob id ipſum grata ſunt, quòd mi-
uta, ueluti gemmæ quædam: id quod contingit in epiſtolis,
r libris, qui ipſa breuitate redduntur commendatiores.
uo nomine magnatibus in delicijs ſunt pumiliones, nani,
ygmæoli, niſi ob inſignem corporis breuitatem? Breuita=
em quoque commendat his uerbis Mantuanus,

At celeri breuitate (capis) facundia uenit. Et ille:
Sum breuis, hac una ſpero uirtute placere,
Eſt uitij, Lector, cum breuitate minus.

Commendat & ipſe Murmelius*, in liminari epiſtola, cum* Horatij*, tum* Quintiliani *auctoritate fretus: ſed ita commendat, ut nihil minus, quàm breuis ſit.* Nam quid *attinet, tam numeroſam, & uelut redundantem exemplorum ſupellectilem, in medium adferre, cùm ſatis ſit unum, aut alterum? Quid præterea, in rem diſcentium faciunt illa equorum & canum maſculorum nomina,* Phlegon, Orphnæus, Podargus, Alaſtor, Porpax, Bremon, Ichnobates, Pterclas, *& alia? Quid item peregrinæ illæ uoces,* Cinabary, Palpue, Phorcyn, Potryon, Hyphen, Aparctias, Epitrageas, Aplyſias, Cynoſarges, Tribrachys, Othrys, Pterys, Phellodrys, Hypagogeus, Trips, Cinips, Poops, Labrax, Phaax, Tetralix, Calabrix, Iazix, Strilgx, Iynx, Ptynx, *& aliæ innumeræ, à Græcis autoribus, uelut de induſtria petitæ?* Id fecit *(inquies) multa hominis cùm lectio, tum recondita, ac ſolida eruditio. Quis neget* Murmellium*, tam doctè, tam fideliter, tam diligenter ſcripſiſſe, & docuiſſe, quàm quiuis alius? Ceterum ſcripſiſſe uidetur profeſſoribus potius, quàm auditoribus: & prouectis magis, quàm paruulis.* Grauantur *enim hac quaſi exemplorum ſarcina, infirma adhuc, & rudia ingenia: tantum abeſt, ut prouehantur. Quorſum item ſpectabat,* Appellatiuorum*, ſolis uiris, ſolis'ue mulieribus conuenientium,* Adiectiuorum *quoque, &* Communium *nominum genera, ſpecialibus regulis ſubinde inculcare, quæ plus ſatis generalibus paterent? Quare nihil eſt, quod hac parte in nobis reprehendas, aut de nobis queraris, ſi de* Murmellij *tabulis id detraxerimus, quod uideretur remorari profectum diſcentium. Quererîs iuſtius, quòd in* Declinationibus *nominum, in præteritis & ſupinis uerborum,*

borum ea potiſſimum deſideres, quæ ſuper eorum crementis, quæ'ue ſuper penultimarum ſyllabarum, uel extenſione, uel contractione, eſſent ab auctore ipſo uel diligentiſſime præcepta, in maximam ſcilicet diſcentium utilitatem. nullus (ita me benę amet Deus) fuerit querelæ locus, ſi (quod confido futurum) ea omnia ſuum in locum repoſuero: nempe in libellum eiuſdem auctoris, quem de uerſuum componendorum arte conſcripſit, quæ quidem indiſcreta uidentur, quæq; natura ita ſunt coniuncta, ũt non ſatis commodè diuidi poſſint. Tu igitur, Lector beneuole, hoc quicquid eſt, boni conſules, & nos amabis.

Vale.

EIVSDEM AD EVNDEM DISTICHON.

Eſt breue, quod trado (dices) nihil at tibi deerit,
Quod ſpectare putem ad grammaticos canonas.

EIVSDEM IN MOSCHENIANÆ *chalcographiæ commendationem* Tetraſtichon.

Quicquid Arabs ferret, quicquid daret Indus amomi,
Quicquid olet nardus, cinnama quicquid olent:
Quicquid Hymettus habet, quicquid fert Perſica terra,
Moſcheni totum chalcographia dabit.

Commendat & ipſe Murmelius, *in liminari epiſtola, cum* Horatij, *tum* Quintiliani *auctoritate fretus: ſed ita commendat, ut nihil minus, quàm breuis ſit.* Nam *quid attinet, tam numeroſam, & uelut redundantem exemplorum ſupellectilem, in medium adferre, cùm ſatis ſit unum, aut alterum?* Quid *præterea, in rem diſcentium faciunt illa equorum & canum maſculorum nomina,* Phlegon, Orphnæus, Podargus, Alaſtor, Porpax, Bremon, Ichnobates, Pterclas, *& alia?* Quid *item peregrinæ illæ uoces,* Cinabary, Palpue, Phorcyn, Potryon, Hyphen, Aparctias, Epitrageas, Aplyſias, Cynoſarges, Tribrachys, Othrys, Pterys, Phellodrys, Hypagogeus, Trips, Cinips, Poops, Labrax, Phaax, Tetralix, Calabrix, Iazix, Strilgx, Iynx, Ptynx, *& aliæ innumeræ, à Græcis autoribus, uelut de induſtria petitæ?* Id *fecit (inquies) multa hominis cùm lectio, tum recondita, ac ſolida eruditio.* Quis *neget* Murmellium, *tam doctè, tam fideliter, tam diligenter ſcripſiſſe, & docuiſſe, quàm quiuis alius?* Ceterum *ſcripſiſſe uidetur profeſſoribus potius, quàm auditoribus: & prouectis magis, quàm paruulis.* Grauantur *enim hac quaſi exemplorum ſarcina, infirma adhuc, & rudia ingenia: tantum abeſt, ut prouehantur.* Quorſum *item ſpectabat,* Appellatiuorum, *ſolis uiris, ſolis'ue mulieribus conuenientium,* Adiectiuorum *quoque, &* Communium *nominum genera, ſpecialibus regulis ſubinde inculcare, quæ plus ſatis generalibus paterent?* Quare *nihil eſt, quod hac parte in nobis reprehendas, aut de nobis queraris, ſi de* Murmellij *tabulis id detraxerimus, quod uideretur remorari profectum diſcentium.* Querêris *iuſtius, quòd in* Declinationibus *nominum, in præteritis & ſupinis uerborum,*

*borum ea potiſsimum deſideres, quæ ſuper eorum cremen=
tis, quæ'ue ſuper penultimarum ſyllabarum, uel exten=
ſione, uel contractione, eſſent ab auctore ipſo uel diligen=
tiſsime præcepta, in maximam ſcilicet diſcentium utilita=
tem. nullus (ita me bene amet* Deus) *fuerit querelæ locus,
ſi (quod confido futurum) ea omnia ſuum in locum re=
poſuero: nempe in libellum eiuſdem auctoris, quem de
uerſuum componendorum arte conſcripſit, quæ quidem
indiſcreta uidentur, quæq; natura ita ſunt coniun=
cta, ut non ſatis commodè diuidi poſsint.* Tu
igitur, Lector *beneuole, hoc quic=
quid eſt, boni conſules, &
nos amabis.*
Vale.

EIVSDEM AD EVNDEM DISTICHON.

*Eſt breue, quod trado (dices) nihil at tibi deerit,
Quod ſpectare putem ad grammaticos canonas.*

EIVSDEM IN MOSCHENIANÆ *chalcographiæ commendationem* Tetraſtichon.

Quicquid Arabs *ferret, quicquid daret* Indus *amomi,
Quicquid olet nardus, cinnama quicquid olent:
Quicquid* Hymettus *habet, quicquid fert* Perſica *terra,
Moſcheni totum chalcographia dabit.*

IOAN. MVRMELLIVS RVREMVNdēſis, Hermano Stuuio Vecthenſi ſuo Salu.

Q VANTIS *olim ſtudijs extra literarios puerorum ludos eliminandæ barbariei flagrem, quantumq; curæ, operæ, diligentiæ ſedulo in id unum conferam, ut diſcipuli noſtri, tum compendioſis, tum facilibus & intellectu præceptis, & memoratu, breui ſic proficiant, ut iactis fideliter fundamentis, quodlibet excelſioris diſciplinæ genus citra ruinæ metum ſuperſtruere poßint, è multis unus mi ſuauißime Stuui, teſtis es, & prædicator nõ minus idoneus quàm beneuolus. Epiſtolas quidem ſcribis, ut Muſas ipſas Latinè loqui credam: Carmina componis, ut qui lepidißime: Bonarum ômnium ſtudia diſciplinarum ſic complecteris, ut auidius nemo. Proinde, ni te mei nominis amantißimum mutuo redamem, ſim profectò non ingratus modo, ſed & inhumanus. Hac igitur amicitia fretus, honeſtorum ſimilitudine ſtudiorum conſtabilita, dico tibi tabulas meas, quas hac bruma ſucciſiuis (ut aiunt) horis ad iuuanda puerorum pro uiribus ingenioli mei ſtudia, concinnaui. Traduntur in his nominum Genera, Declinationes, Anomala nomina, Comparandi gradus, uerborum Præterita, cum Supinis, Anomala & Defectiua uerba, uerborum Species. Quibus ſi quis addiderit abſolutißimum de conſtructione*

octo

octo partium orationis libellũ, qui meis naribus ERASMI (quamuis ipſe diſsimulet) officinam redolere uidetur: & tabulas noſtras de Componendis uerſibus, fortaſſe non adeò multum, quod ad literarum tyrocinia pertineat, deſiderarit. Porrò mihi nunquam placuit mos eorum, qui utilibus ambitioſa præferentes, tenera puerorum ingenia præceptis parum neceſſarijs onerant: quiq; circa Grammatices Rudimenta maximam uocabulorum congeriem tradentes, quaſi dedita opera, remorantur ab auctorum lectione ſtudioſam, & potioribus iam ſtudijs uacaturam iuuentutem. Quos diſertiſsimus uir Fabius, idemq; prudentiſsimus, non iniuria taxat his uerbis: Sed culpa eſt in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quò difficilius ſit, quod pollicentur: partim etiam inſcientia tradendi, uel negligentia. Hactenus ille. Nobis ſanè notiſsimi illi uerſus Horatiani digni uidentur, quos ſemper habeant in animo Grammaticæ profeſſores.

Quicquid præcipies, eſto breuis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneant'q; fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

Item Quintiliani illud: Vt uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt: ſenſim autem influentibus, uel etiam inſtillatis complentur: ſic animi puerorum, quantum excipere poſsint, uidendum eſt. Melius itaque multò ſtudioſis conſulunt, qui non in ipſo ſtatim literarum quaſi limine uarias uerborum acceptione pueris inculcare conantur: ſed principalibus tantùm ſignificatis breuiter expoſitis, id negiotij ad Poëtarum prælectiones uſq; differunt.

runt. Nam longè, non iucundius modò, ſed etiam fructuo-ſius ex Terentio, Cicerone, Virgilio, Horatio, Liuio, Sal-luſtio, uocabulorum ſignificatus, quàm ex ambagioſis Grammatiſtarum libris ediſcuntur. Hac igitur ratione ductus, tabulis meis expoſitionem uocabulorum non ad-iunxi, ſed duo dictionaria, ſeparatim legenda, compoſui: alterum de Nominibus, de Verbis alterum: magis in uſum pædagogorum, ſi qui fortè laboribus noſtris uſuri ſint, quàm puerorum. Nam ſi quid dubium fuerit ſciolis iſtis literatoribus, qui parum multos auctores uiderunt, qui fe-rè magis continuò clamoribus damnant, ſi quid à ſaliua, quam ſemel imbibêre, uiderint diſcrepare. Verbi gratia: cur Mãmona ſit maſculini generis, Manna fœm. cur Mo-lo ſupinũ faciat molitum, & id genus alia permulta, in ſtu-dioſorum gratiam, Dei benignitate, in dictionarijs id omne noſtris apertè uidebitur explicatum. Parturio præterea Scoparium (placet enim hic inditus libello titulus) armis inſtructum multijugis in peruicaces iſtos Alexandri cu-iuſdam grãmaticuli propugnatores, qui meo iudicio ſimi-les illorum uidentur, quos tradunt olim ſylueſtri glande, quàm repertis à Cerere frugibus paſci maluiſſe. Sordent his homuncionibus omnes omnium, præ uerſiculis magna ex parte inconditis (quos maximo labore, & ſummo tem-poris, rei pretioſiſſimæ, diſpendio paruuli didicerunt) lu-cubratiunculæ recentiorum, quamuis iucundæ, quamuis utiles, quamuis ad unguem perpolitæ. Vel quia nil rectũ, niſi quod placuit ſibi, dicunt. Vel quia turpe putant, parê-re minoribus: & quæ imberbes didicere ſenes, perdenda fateri. Sed ualeant nunc, breui cum Scoparij noſtri ſcopis (niſi uel fugerint, uel herbam dederint) conflictus exper-

turi

turi. Te *uerò mi* Hermane, & Ioannem Meppenſem, *com=munem amicum, non minus literatura præſtantem, quàm pijs moribus, ac Sacerdotio uenerabilem, maximopere ora=tos uelim, ut quod ueſtra ſponte iam pridem facitis, in id unum omnes ingenij ueſtri neruos intendatis, ut exploſa ueteris* Alexandri *barbariè cùm politioribus literis, tum caſtiſsimis moribus ab ineunte ætate dociles pueri ſe gau=deant erudiri.* Erit *id mihi tam gratum, ut gratius nihil eſſe poßit.* Vale. Meppenſem, & *cæteros amicos, huma=nitatis iſtic ſtudia colentes, meo nomine fac ſalutes.* Alcma*riæ.* Nonis Martij. M. D. X V I I.

DE SEPTEM GE- NERIBVS NOMINVM,

TABVLA I.

Genera nominum ſunt ſeptem,

- *Quatuor ſimplicia,*
  - *Maſculinum: ut, hic* Poëta.
  - F*œmininum: ut, hæc* Muſa.
  - Neutrum: *ut, hoc* Verbum.
  - Epicœnum: *ut, hic* Coruus, *hæc* Pica.
- *Tria compoſita,*
  - Commune: *ut, hic & hæc* Latro.
  - Omne: *ut, hic & hæc & hoc* Sapiens.
  - Dubium: *ut, hic, uel hæc* Dies.

Tribus rebus nominum Genera cognoſci, TAB. II.

 Nominum

Nominũ genera tribus rebus cognoſcũtur,
- *Significatione.*
- *Terminatione.*
- *Exemplo: cùm probatum ſequimur auctorem: ut, Vulgus eſt generis neutri, dicente Virgilio, Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus.*

De Proprijs nominibus Virorum, Deorum, Spirituum.

TAB. III.

Significatione Maſc. gene. ſunt propria nomina
- *Virorum: ut, Ieſus, Ioannes, Petrus.*
- *Deorum: ut, Saturnus, Iupiter.*
- *Spiritum: ut, Michaël, Raphaël, Lucifer, Beelzebub.*

De Proprijs nominibus Mulierum, Dearum, Furiarum.

TAB. IIII.

Significatione Fœminini gen. ſunt ꝑpria nomina
- *Mulierum: ut, Maria, Anna, Penelope.*
- *Dearum: ut, Ops, Cybele, Iuno.*
- *Furiarum: ut, Alecto, Tiſiphone, Megæra.*

De nominibus Appellatiuis ad alterutrum, vel vtrunque ſexum pertinentibus,

TAB. V.

ſignificatione

Significatione nomina Appellatiua ſunt

- Maſculini generis quæ ſolis uiris dantur: ut,
  - Pontifex, Senator.
  - Pater, Scriba,
  - Epiſcopus,
  - Dictator,
  - Frater, Conſul,
  - Prætor, Vir,
  - Nauta.
- Fœminini, quæ ſolis fœmininis dantur: ut,
  - Mulier, Mater,
  - Soror, Nutrix,
  - Obſtetrix,
  - Meretrix,
  - Ancilla.
- Cõmunis, quæ ſub una terminatione dantur utrique ſexui: ut,
  - Homo,
  - Bos, Canis,
  - Sacerdos,
  - Dux, Comes,
  - Miles, Hoſtis,
  - Auriga,
  - Conuiua,
  - Parens,
  - Aquinas.

NOMINA *quorum ſignificatio competit utrique ſexui ſub diuerſis terminationibus, apertè ſuum genus præ ſe ferunt: ut,*

Hic	Dominus,	Caupo.	Pſaltes,	Aſinus,
Hæc	Domina,	Caupona,	Pſaltria,	Aſina,
	Rex,	Poëta,	Equus,	Cres,
	Regina,	Poëtria,	Equa,	Creſſa.

De pro

De proprijs Fluuiorum nominibus,

TAB. VI.

Significatione propria Fluuiorum *nomina ſunt generis maſcul:ut,*	*Moſa,* *Nilus,* *Rhenus,* *Tyberis,* *Acheron.*

Sicubi Neutra *repereris, dices ſubaudiri* Flumen: *ſi* Fœminina, *ſubauditur* Aqua.

De Ventorum nominibus,

TAB. VII.

Significatu Ventorum *no=mina ſunt maſculina:ut,*	*Eurus,* *Fauonius,* *Zephyrus,* *Auſter,* *Notus,* *Boreas,* *Aquilo.*

De nominibus Menſium,

TAB. VIII.

Significatione nomina Men=*ſium ſunt maſculina: ut,*	*Ianuarius, Februarius,* *Martius, Aprilis,* *Maius, Iunius,* *Iulius, Quintilis,* *Sextilis, Auguſtus,* *September, October,* *Nouember, December.*

De no=

De nominibus Arborum,

TAB. IX.

Significatione Arborum nomina ſunt fœminina: ut,
- *Pomus, Malus, Pyrus,*
- *Ceraſus, Prunus,*
- *Morus, Olea, Vitis,*
- *Amygdalus, Palma,*
- *Nux, Corylus, Caſtanea,*
- *Fagus, Quercus,*
- *Betula, Vlmus, Abies,*
- *Populus, Meſpilus,*
- *Buxus, Pinus, Salix,*

Excipiuntur Oleaſter, Pinaſter, Piraſter, Spinus, Libanus, & Schinus, quæ ſunt generis maſculini. Robur, & Suber neutri generis: & quæcunq; in um, terminantur: ut, Oleaſtrum, Pinaſtrum, & in genus alia: Acer etiam neutro genere legitur.

De nominibus animalium, in quibus ſexus non facile dinoſcitur,

TAB. X.

Significatus oſtẽdit animaliũ nomina, in quibus ſexus haud facilè diſcernitur, eſſe Epicœni generis,
- *Quadrupedum: ut, Vulpes, Lepus, Mus, Cuniculus, Talpa, Sciurus.*
- *Auiũ: ut, Accipiter, Hirũdo, Coruus.*
- *Piſcium: ut, Gobio, Delphin, Salmo, Cancer.*
- *Serpentium: ut, Vipera, Baſiliſcus, Aſpis.*
- *Vermium: ut, Bufo, Papilio, Eruca, Rana, Pulex, Scorpio.*

Epicœnum

Epicœnum, ſeu Promiſcuum genus dicitur, quod uel Maſculinum, uel Fœmininum, uel Dubium eſt, ſignificans animal utriuſque ſexus: ut, hic Paſſer, hæc Aquila, hic uel hæc Bubo.

De Literarum nominibus, TAB. XI.

Literarũ nomina ſunt Neutri generis:
- *Hebraicarum: ut,*
  - א, *Aleph.*
  - ב, *Beth.*
  - ג, *Gimel.*
- *Græcarum: ut,*
  - Αλφα,
  - Βῆτα,
  - Γάμμα.
- *Latinarum: ut,*
  - A,
  - B,
  - C,

De Verbis, & Aduerbijs loco Nominum poſitis, TAB. XII.

Verba, & Aduerbia, cùm Nominum loco ponuntur, ſunt Neutri generis.
- *Verba: ut,*
  - *Scire tuum,*
  - *Velle tuum.*
- *Aduerbia: ut,*
  - *Clarum manè,*
  - *Heſternum cras.*

De dictionibus technicôs acceptis, TAB. XIII.

Dictiones

Dictiones, quæ technicôs accipiuntur: id eſt, pro ſeipſis, non pro re ſignata, ſunt Neutri generis.
- Grande ſophos,
- Euge tuum,
- Aue Latinum,
- Tepidum decenter,
- Totum uelle,
- Triſte uale.

De Adiectiuis, TAB. XIIII.

Significatione ſunt gñis Omnis Adiectiua, quæ cuilibet Subſtantiuo poſſũt adiungi,

- Sub una terminatione: ut,
  - Hic & hæc & hoc: Sapiens, Felix, Concors.
  - Hi & hæ & hæc: Quatuor, Quinque, Decem, Centum.
- Sub duabus terminationibus: ut,
  - Hic & hæc Melior: & hoc Melius.
  - Hic & hæc Fortis: & hoc Forte.
- Sub tribus: ut
  - Hic Campeſter, hæc Campeſtris, hoc Campeſtre.
  - Hic Satur, hæc Satura, hoc Saturum.

De Nominibus in A, TAB. XV.

Terminatione nomina in A, ſunt, Fœminina: ut,
- Muſa, Sella,
- Penna, Pluma,
- Charta,
- Margarita.

Excip=

Excipiuntur
- Maſculina: ut, Poëta, Planeta, Cometa, Sophiſta, & id genus reliqua Græca ης in a mutantia, dummodo ad uiros pertineant,
- Neutra: ut, Paſcha, Dogma, Stēma, Diadema, Stigma: & cætera Græca in ma, tertiæ declinationis.
- Cōmunia: ut, Aduena, Conuiua, & cætera, quæ ſub regulis generalibus comprehenduntur.
- Dubia: ut, Dama, Panthera, Talpa.

De nominibus in E, TAB. XVI.

Latina in E, mittentia Genitiuum in is, ſunt Neutra: ut, Ouile, Mare, Monile, Cubile, Conclaue, Lignile, Fœnile.

Græca mittentia genitiuum in es, ſunt fœminina: ut, Ethice, Muſice, Crambe, Epitome, Nymphe.

De nominibus in I, TAB. XVII.

Nomina

Nomina in I,
- Subſtantiua, ſunt Neutra: ut,
  - Gummi.
  - Sinapi.
- Adiectiua, generis omnis: ut,
  - Huiuſmodi,
  - Eiuſmodi,
  - Cuiuſmodi,
  - Aliuſmodi.

De nominibus in O, TAB. XVII.

Nomina in O, ſunt maſculina: ut,
- Sapo,
- Carbo,
- Cento,
- Sermo, Tyro,

At Fœminina ſunt
- Nomina in
  - Do: ut Dulcedo, Formido.
  - Go: ut, Imago, Fuligo.
- Sed ordo, Vdo, Cudo, Ligo, Harpago, ſunt maſculini generis: Cardo, Cupido, & Margo, generis ſunt dubij.
- Verbalia in io, ut
  - Auctio, Lectio,
  - Natio, Religio,
  - Mentio, Factio,
  - Contagio,
  - Opinio, Cautio, His adduntur Caro, Communio, Rebellio, Legio, Regio, Talio, quod & maſc. legitur. Pugio, eſt generis maſculini.

Neutrum unum pluralis tantum numeri, Pondo.
Omnis generis unum indeclinabile, Præſto.

De nominibus in V, Y, C, D, T,

TAB. XIX.

Neutri gñis ſunt noĩa deſinentia in V, Y, C, D, T, *ut,*
- V, Cornu, Genu, Veru.
- Y, Moly, Dory.
- C, Lac, Halec.
- D, Quid, Quod.
- T, Frit, Git, Nepet, Caput, Synciput, Occiput.

De nominibus in Al, El, Il,

TAB. XX.

Neutri generis ſunt nomina deſinentia in Al, El, Il, *ut,*
- Al, Animal, Tribunal, Toral. *Sal eſt generis maſculini, & neutri apud ueteres.*
- El, Mel, Fel.
- Il, Nihil, Nil. Excipitur *Mugil maſculini, & Strigil, dubij generis.*

De nominibus in Ol, Vl,

TAB. XXI.

Maſculina ſunt nomina deſinentia in
- Ol, ut, Sol.
- Vl, ut, Conſul, Proconſul,

De nominibus in Am, Em, Im, Vm,

TAB. XXII.

In:
- Am, ut Nequam, generis Omnis.
- Em, ut Totidem, generis Omnis. Tantundem eſt generis Neutri.
- Im, generis Maſculini, uel Neutri: ut, Cherubim, Seraphim: & hæc ſunt pluralia. Cim nomen uici, eſt generis Neutri.
- Vm, Neutri: ut, Vinum, Naulum, Templum.

De Nominibus in Am, In, Yn, On, TAB. XXIII.

Maſculina ſunt nomina in:
- An, ut Pean, Titan, Pan.
- In, ut Delphin.
- Yn, ut Phorcyn.
- On, ut Canon, Dæmon, Chamæleon.

Excipiuntur:
- Fœminina, Icon, Sindon, Gorgon. Python ſerpens, eſt maſculini generis. Python ciuitas, fœminini.
- Neutra, quæ apud Græcos in On deſi=nunt, apud nos in Vm, uerti poſſunt: ut, Ilion, Ilium: Pelion, Pelium: Ady=ton, Adytum.

De Nominibus in En, TAB. XXIIII.

Nomina in En, ſunt Neutra: ut
- Nomen, Numen,
- Semen,
- Germen,
- Culmen, Stramen,
- Gramen, Fulmen,
- Lumen, Flumen.

Excipiuntur
- Maſculina,
  - Attagen, Lichen,
  - Hymen, Splen,
  - Lien, Ren, Pecten,
  - Tubicen, Tibicen,
  - Cornicen, Fidicen,
  - Lyricen, Oſcen,
  - Flamen, cùm ſacerdotem ſignificat.
- Fœminina,
  - Siren,
  - Troëzen.

De Nominibus in Ar, TAB. XXV.

Nomina in Ar, ſunt Neutra: ut,
- Calcar, Iubar,
- Cochlear,
- Puluinar,
- Laquear,
- Lupanar, Nectar.

Excipiuntur
- Maſculina: ut, Lar, Car, Arar, Nar.
- Fœminina, Bacchar, Lucar.
- Omnis generis Adiectiua, Par, Impar, Compar, Diſpar.

De Nominibus in Er, TAB. XXVI.

Nomina in Er, ſunt Maſculina
- Magiſter, Miniſter,
- Puer, Faber,
- Ager, Agger,
- Cancer, Carcer,
- Imber, Venter.

Excipiuntur

Excipiuntur
- Neutra, Cancer, canceris: Huber ſubſtantiuum: Verber, Tuber, Ver, Cadauer, Iter, Spinter, Piper, Zinziber, Cicer, Siler, Papauer, Lauer,
- Dubij generis, hic uel hæc Linter.

De Nominibus in Ir, Yr, Or,

TAB. XXVII.

Maſculina ſunt nomina in
- Ir, ut Vir, Leuir, Treuir. Ir generis eſt Neutri.
- Yr, ut Martyr, quod Latini Communis generis faciunt.
- Or, ut Amor, Timor, Color, Honor.

Excipiuntur
- Fœmininum unicum, Arbor.
- Neutra, Ador, Æquor, Cor, Marmor.

De Nominibus in Vr, TAB. XXVIII.

Nomina in Vr, ſunt Neutra: ut,
- Ebur,
- Fulgur,
- Guttur,
- Femur,
- Robur,

Maſculina ſunt, Furfur, Vultur, Turtur.

De Nominibus in As, TAB. XXIX.

Nomina in As, ſunt Fœminina: ut,
- Ciuitas,
- Pietas,
- Æquitas,
- Honeſtas.

Excipiuntur
- Maſculina, As, Mas, Vas uadis, Elephas, Gigas.
- Neutra, Fas, Nefas, Vas uaſis, Ceras,

De Nominibus in Es, TAB. XXX.

Nomina in Es, ſunt generis Fœminini: ut,
- Quies,
- Cædes,
- Strages,
- Apes,
- Clades, Labes,
- Vulpes.

Excipiuntur
- Maſculina, Ames, Paries, Rhamnes, Ceſpes, Fomes, Gurges, Limes, Merges, Stipes, Satelles, Palmes, Poples, Termes, Trames, Aries, Pes, Bes, Verres, Meridies, Planes, Tapes, Lebes, Magnes, Semipes, Seſquipes, Cornipes, Sonipes.
- Neutra, Cacoëthes, Hippomanes.
- Dubij generis, Dies, Palumbes, Torques, Vepres.

De Nominibus in Is, TAB. XXXI.

Nomina in Is, generis ſunt Fœminini: ut,
- Claßis,
- Auis,
- Nauis,
- Puppis.
- Pluralia item: ut, Sardis, Trallis.

Excipiũtur

- Excipiuntur
  - Maſculini: Piſcis, Fuſtis, Panis, Axis, Penis, Caulis, Glis, Follis, Cithris, Vermis, Caßis pro rete, Orbis, Crinis, Ignis, Vectis, Colaris, Vnguis, Poſtis, Torris, Lapis, Sanguis, Pollis, Aqualis, Faſcis, Enſis, Maialis, Menſis, Delphis, Riualis, Callis, Cucumis, Natalis, Collis, Vomis, Molaris.
  - His adduntur, Aßis, id eſt As, & eius compoſita, Treßis, Decußis, Centußis, Semis.
  - Dubij generis, hic uel hæc: Anguis, Halcyonis, Puluis, Torquis, Cinis, Corbis, Finis, Canalis, Clunis, Amnis.

De nominibus in Os, TAB. XXXII.

Nomina in Os, Maſculina ſunt: ut, Flos, Mos, Ros,

- Excipiuntur
  - Fœminina, Arbos, Cos, Dos, Glos. Et Græca multa, Ilios, Leſbos, &c.
  - Neutra, Os, oris: Os, oßis: Argos, Epos, Chaos, Melos.
  - Commune, Bos.

De Nominibus in Vs, TAB. XXXIII.

Nomina in Vs, ſecundæ, aut quartæ declinationis, ſunt generis Maſculini.
- *Secundæ: ut,*
  - *Deus,*
  - *Angelus,*
  - *Pannus,*
- *Quartæ: ut,*
  - *Fructus,*
  - *Guſtus,*
  - *Vultus.*

Excipiũtur
- *Fœminina,*
  - *Secũdæ declinationis,*
    - *Domus,*
    - *Humus,*
    - *Colus,*
    - *Vannus,*
    - *Eremus,*
    - *Methodus,*
    - *Diphthongus,*
  - *Et quæcunquæ apud Græcos in* os, *fœminina ſunt.*
  - *Quartæ,*
    - *Manus,*
    - *Acus,*
    - *Idus, plur. numer.*
- *Neutra ſecundæ,*
  - *Virus indeclinabile*
  - *Pelagus.*
- *Dubij generis,*
  - *Carbaſus, Pamphus, Atomus, Intybus, Nardus, Aluus, Smaragdus, Groſſus, Ficus, Phaſelus, Cryſtallus, Coſtus, Hyacinthus, Abyſſus, Byſſus, Labyrintus, Narciſſus, Beritus.*
- *Hic uel hæc Penus, Specus, ubi ſecundæ ſunt declinationis: in tertia enim ſunt generis Neutri hic uel hæc Vulgus.*

Nomina in Vs, tertiæ declinationis ſunt Neutra: ut,
- *Crus,*
- *Ius,*
- *Rus,*
- *Thus,*
- *Pecus, oris.*

Excipiuntur
- *Maſculina, Lepus, Mus: & Græca à pus, ut Tripus, &c.*
- *Fœminina, Virtus, Salus, Palus, Iuuentus, Senectus, Seruitus, Pecus pecudis, Incus, Subſcus, Tellus.*
- *Communia, Sus, Grus.*

De nominibus in Ys, TAB. XXXIIII.

Nomina in Ys, ſunt generis Maſculini: ut Botrys. Excipiuntur quædam Fœminina, Chlamys, Chelys.

De nominibus in Æs, TAB. XXXV.

Nomina in Æs, duo ſunt,
- *Præs, maſculinum.*
- *Æs, neutrum.*

De nominibus in Aus, TAB. XXXVI.

In Aus, duo ſunt fœminina,
- *Laus,*
- *Fraus.*

De nominibus habentibus conſonantem ante s, TAB. XXXVII.

Nomina conſonantem ante S, habentia, ſunt Fœminini generis: ut,
Trabs,
Plebs,
Gens,
Stips,
Mens.

Maſculina;
Chalybs, Dextans, Dodrans,
Quadrans, Triens, Oriens,
Occidens, Torrens, Nefrens,
Dens, Bidens, Tridens,
Fons, Mons, Pons, Seps pro ſerpente.

Dubij generis, hic uel hæc
Scrobs,
Adeps,
Forceps,
Serpens,
Rudens,
Stirps, pro trunco.

De nominibus in Ax, TAB. XXXVIII.

Nomina in Ax, ſunt Maſculina: ut,
Abax,
Thorax,
Limax,
Excipiuntur Fœminina, Climax, Fax, Fornax.

De nominibus in Ex, TAB. XXXIX.

Nomina in Ex, ſunt Maſculini generis: ut,
Rex,
Grex,
Caudex,
Codex,
Vertex,

Excipiuntur

Excipiuntur Fœminina, Lex, Vibex, Supellex, Carex, Forfex, Forpex, Halex.

De Nominibus in Ix, TAB. XL.

In Ix, ſunt Fœminini generis: ut, { Matrix, Nix, Coxēdix, Cicatrix, Radix, Ceruix, Appendix, Lodix, Pix, Fulix,

Excipiuntur { Maſculina, Fornix, Calix, Spadix, Cilix, Maſtix. Dubia, Natrix, Perdix, Varix, Phœnix auis.

De Nominibus in Ox, TAB. XLI.

In Ox, ſunt Fœminina: ut, { Nox, Vox, Celox.

Excipitur Maſculinum, Voluox.

De Nominibus in Vx, TAB. XLII.

In Vx, Fœminina ſunt: ut, { Crux, Nux, Lux.

De Nominibus in Yx, TAB. XLIII.

In Yx, Maſculina ſunt: ut, Bombyx,

Excipiuntur { Fœminini generis, Styx. Dubij, Onyx, Sardonyx, Coccyx.

De no-

De Nominibus diphthongum ante X, habentibus, TAB. XLIIII.

Nomina diphthongum ante x, habentia ſunt generis Fœminini: ut Fæx, Faux.

De Nominibus Conſonantem ante X, habentibus, TAB. XLV.

Conſonantem ante x, habentia ſunt generis Fœminini: ut,
- *Falx,*
- *Lanx,*
- *Bilanx,*
- *Arx,*
- *Merx,*

Excipiuntur
- *Maſculina, Quincunx, Sexcunx, Septunx, Decunx, Deunx,*
- *Dubia, Calx, pro imo pede: Linx.*

Appellatiua ſolis uiris, ſolis'ue mulieribus conuenientia: Adiectiua quoque, & communia nomina ſatis patent ex generalibus regulis.

TABVLARVM DE NOMINVM GENERIBVS, FINIS.

SECVNDVS IOAN. MVRMELII TABVLARVM LIBER DE

Nominum Declinationibus, Nominibus Anomalis, Comparatione Nominum.

DE QVINQVE NOMINVM DECLINATIONIBVS TABVLA I.

Declinatio caſualis eſt dictionis in fine per caſus uariatio. Sunt autem Nominū *La=tinorū* Declinatio=*nes quinque.*

- *Prima facit* Genitiuum *ſingula=rem in æ, diphthongum : ut,* Muſa,Muſæ:Æneas,Æneæ: Anchiſes, Anchiſæ.
- *Secūda in i,* Puer,pueri: Vir,ui=ri:Satur,ſaturi: Lignū,ligni: Oculus,oculi:Theſeus,theſei,
- *Tertia in is,* Poëma , Poëmatis, Cubile,cubilis:Sermo,ſermonis.
- *Quarta in us,* Fructus:fructus.
- *Quinta ei,* Dies,diei: Res,rei.

Quinque catholica præcepta in declinandis Nominibus obſeruanda,

TAB. II.

Quinq; catholica præcepta in declinādis Nominibus ſunt obſeruanda.

- Primum. *Nomina neutra habent tres caſus ſimiles,* Nominatiuum, *Accuſatiuum,* Vocatiuum.
- Secundum. *Hi caſus neutrorum plurales in a, deſinunt:* Ligna, Cubilia, Cornua. Præter Ambo, & Duo, *ac indeclinabilia.*
- Tertium. *Vocatiuus ſimilis eſt* Nominatiuo.
- Quartū. *Genitiuus pluralis in um, deſinit: & nonnūquā ſyncopē admittit.*
- Quintum. *Datiuus et Ablatiuus plurales ſunt ſimiles.*

PRIMA DECLINATIO. TABVLA III.

Singularis, numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hæc Muſa.	A	æ	æ	am	a	a
Hic Maſtigias.	As	æ	æ	am	a	a
Hic Ceraſtes.	Es	es	æ	en	e	è
Hæc Epitome.	E	es	æ	en	e	e

Pluralis numeri.

Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
æ	arum	is	as	æ	is

SECVNDA DECLINATIO. TABVLA IIII.

ſingularis

Singularis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hic Puer.	er	i	o	um	er	o
Hic Vir.	ir	i	o	um	ir	o
Hic Satur.	ur	i	o	um	ur	o
Hoc Bonum.	um	i	o	um	um	o
Hic Amicus.	us	i	o	um	e	o
Hic Hippeus.	eus	ei	eo	eum	eu	eo.

Pluralis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hi, & hæ	i	orum	is	os	i	is
Hæc	a	orum	is	a	a	is.

TERTIA DECLINATIO.

TABVLA V.

Tertia Declinatio uarias habet terminationes in Nominatiuo ſingulari.

Singularis, & Pluralis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hoc Stemma	a	atis	i	a	a	e
		atos				
Pluralis num.	ata	atum	ibus	a	a	ibus
		on	is			is
Hoc Monile	e	is	i	e	e	i
Plur. numeri	ia	ium	ibus	ia	ia	ibus.

Hic & hæc & hoc { Eiuſmodi, Nequam, Totidē pluraliter, } per oēs caſus

Quarta

QVARTA DECLINATIO,

TABVLA VI.

Singularis, & Pluralis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hic *fructus*	*us*	*us*	*ui*	*um*	*us*	*u*
Pluralis numeri	*us*	*uum*	*ibus*	*us*	*us*	*ibus*
Hoc Cornu	*u*	*u*	*u*	*u*	*u*	*u*
Pluralis numeri	*ua*	*uum*	*ibus*	*ua*	*ua*	*ibus.*

QVINTA DECLINATIO:

TABVLA VII.

Singularis, & Pluralis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc	Abl.
Hæc *ſpecies*	*es*	*ei*	*ei*	*em*	*es*	*e*
Pluralis numeri	*es*	*erum*	*ebus*	*es*	*es*	*ebus.*

De Nominibus imitantibus Pronomina ſecundæ declinationis,

TAB. VIII.

Quædam Nomina de=clinantur quemad=modum

- *Alius, Alia, Aliud* — *Alius, Alij.*
- *Alter, Altera, Alterum* — *Alterius, Alteri.*
- *Quis, uel Qui, Quæ, uel Qua, Quod, uel Quid* — *Cuius, Cui.*

modum Pronomina Secundæ declinationis	*Solus* / *Sola* / *Solum*	*Solius, Soli.*
	Totus / *Tota* / *Totum*	*Totius, Toti.*
	Vnus / *Vna* / *Vnum*	*Vnius, Vni.*
	Vllus / *Vlla* / *Vllum*	*Vllius, Vlli.*
	Nullus / *Nulla* / *Nullum*	*Nullius, Nulli.*
	Vter / *Vtra* / *Vtrum*	*Vtrius, Vtri.*
	Neuter / *Neutra* / *Neutrum*	*Neutrius, Neutri.*

Quorundam Græcorum Declinationes,
TABVLA IX.

Singularis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hæc Alecto	*o*	*us*		*o*	*o*	
Hic Androgeos	*os*	*o*	*o*	*on*	*os*	*o*

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Abl.
Hic Athos	os	o	o	o	os	o
Hæc Ilios	ios	i	o	on	os, uel e,	o
Hoc Ilion	on	i	o	on	on	o
Hic Panthus	us				u	
Hoc Moles	os			os	os	
Hic Ieſus	us	u	u	um	u	u

Pluralis numeri.

	Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc	Abl.
Hæc Mele	e			e	e	

Bucolicon Genitiuo Græco utimur, pro Bucolicorum.
Epigrammaton, pro Epigrammatum.
Et id genus, alijs.

Modus declinandi nomina compoſita,
TAB. X.

Nomina compoſita
- *Ex duobus Rectis, utrinq; declinãtur: ut, Reſpublica, Reipublicæ. Excipitur Alteruter.*
- *Ex duobus Obliquis, eandem terminationem in omni caſu cuſtodiunt: ut, Huiuſmodi.*
- *Ex Recto & Obliquo, declinãtur ex parte Recti tantum: ut, Tribunuſplebis, Tribuniplebi: Iuriſconſultus, Iuriſconſulti.*

De compoſitis ex Quis, & Qui,
TAB. XI.

Cõpoſitorum

- Cōpoſitorũ ex quis uel qui,
  - Alia habent Quis in fine, ut
    - Aliquis, Aliqua, Aliquod, uel Aliquid.
    - Ecquis, Ecqua, Ecquod, uel Ecquid.
    - Nequis, Nequa, Nequod, uel Nequid.
    - Nunquis, Nũqua, Nunquod, uel Nunquid.
    - Siquis, Siqua, Siquod, uel Siquid.
  - Alia in principio, ut
    - Quiſnam, Quænam, Quodnam, uel Quidnam.
    - Quiſque, Quæque, Quodque, uel Quidque.
    - Quiſpiam, Quæpiam, Quodpiam, uel Quidpiam.
    - Quiſputas, Quæputas, quod putas, uel Quidputas.
    - Quiſquam, Quæquã, Quodquam, uel Quicquam.
  - Alia ex Qui compoſita ſunt, ut
    - Quidam, Quædam, Quoddam, uel Quiddam.
    - Quiuis, Quæuis, Quoduis, uel Quiduis.
    - Quilibet, Quælibet, Quodlibet, uel Quidlibet,
    - Quicũque, Quæcũque, quod cunque, uel Quidcunque.

De Datiuis, & Ablatiuis pluralis numeri, primæ Declinationis,

TAB. XII.

Datiuus & Ablatiuus plurales primæ declinationis in is, deſinunt: ut, Muſis, Maſtigijs, Ceraſtis, Epitomis.

Excipiuntur octo { *Deabus, Libertabus, Mulabus, Ambabus, Duabus, Equabus, Filiabus, Natabus.* }

De Genitiuo ſecundæ Declinationis,

TAB. XIII.

Genitiuus ſecundæ declinationis æquiſyllabicus eſt Nominatiuo: ut, Magiſter, magiſtri: Vinum, uini: Dominus, domini.

Excipiuntur quadruplicia nomina ex creſcentia {
- *In Er* { *Puer, pueri: Gibber, gibberi: Liber, liberi: Lacer, laceri: Miſer, miſeri: Exter, exteri: Dexter, dexteri, & dextri: Adulter, adulteri: Signifer, ſigniferi: Socer, ſoceri: Gener, generi: Tener, teneri: Aſper, aſperi: Proſper, proſperi: Stellifer, ſtelliferi: Armiger, armigeri: Clauiger, clauigeri: & id genus alia, à Fero, & Gero compoſita.* }
- *In Ir* { *Vir, uiri, Leuir, leuiri, Treuir, treuiri.* }
- *In Vr, Satur, ſaturi.*
- *In Eus, Orpheus, Orphei.*
}

De

De Accuſatiuo ſecundæ Declinationis,

TAB. XIIII.

Accuſatiuus in Vm, deſinit: ut, Magiſtrum, Virum, Saturum, Bonum.

Excipiuntur Græca in
- *Os, uel Vs, deſinentia, quorum Accuſatiuus nõnunquam Græcorum more in* On, *deſinit: ut,* Ilios, Ilion: Diphtongus, diphtongon.
- *Eus, quæ ſæpe faciunt Ea: ut,* Orpheus, Orphea.

De Vocatiuo, TAB. XV.

Vocatiuus eſt ſimilis Nominatiuo: ut, Magiſter, ò Magiſter: Vir, ò Vir: Satur, ò Satur.

Excipiuntur nomina
- *In Vs, quæ mutant us, in e, ut Dominus, ò domine: Pius, ò pie.*
- *In Eus, quæ abijciunt s, ut Orpheus, ò Orpheu.*

Sed propria in Ius, abiecta us, faciunt Vocatiuum: ut, Antonius, Antoni: Laurentius, Laurenti. Quibus additur unum Appellatiuum Filius, fili.

Deus facit Vocatiuum ò Deus: Agnus, ò agnus, uel agne: Chorus, ò chorus, uel chore: Fluuius, ò fluuius, uel fluuie: Populus prima breui, ò populus, uel popule: Neutra ſuo gaudent priuilegio.

De Genitiuo tertiæ Declinationis,

TAB. XVI.

Nomina in A, tertiæ declinationis habent atis, in genitiuo: ut, Stemma ſtemmatis.

In E, terminata mutant e, in is: ut Monile, *monilis.*

Nomina *in* O, *habent onis, in* Genitiuo: *ut* Carbo, *car-bonis:* Ligo, *ligonis,* Lectio, *lectionis.*

Excipiuntur
- *Inis, habentia: ut*
  - Apollo, *apollinis.*
  - Cardo, *cardinis.*
  - Cupido, *cupidinis.*
  - Homo, *hominis.*
  - Nemo, *neminis.*
  - Margo, *marginis.*
  - Ordo, *ordinis.*
  - Virgo, *uirginis.*
  - Turbo, *turbinis.*
- *Fœminina*
  - In Do,
    - Formido, *formidinis.*
    - Dulcedo, *dulcedinis.*
    - Crepido, *crepidinis.*
  - *Sed* Vnedo, *facit* Vnedonis.
  - In Go,
    - Fuligo, *fuliginis.*
    - Imago, *imaginis.*
    - Rubigo, *rubiginis.*

Dido, Didonis, *uel* Didus: & *cætera Græca in o, deſinẽtia.* Anio, Anienis: Nerio, Nerienis: *Caro, carnis.*

De Genitiuo nominum in L,

TAB. XVII.

Noīa in L, *faciunt* Ge-nitiuum *is appoſito: ut,*
- Animal, *animalis:*
- Gabriel, *gabrielis:*
- Sol, *ſolis:* Vigil, *uigilis:*
- Pugil, *pugilis:* Conſul, *cõſulis:*
- Exul, *exulis:* Præſul, *præſulis.*

Excipiuntur Fel, *fellis:* Mel, *mellis.*

De Genitiuo nominum in En,

TAB. XVIII.

Nomina in En, mutant en, in inis: ut,
- *Cornicen, cornicinis.*
- *Fidicen, fidicinis.*
- *Tubicen, tubicinis.*
- *Flamen, flaminis.*
- *Pecten, pectinis.*
- *Numen, numinis.*

Excipiuntur habentia enis,

Attagen,	*Lien,*	*Siren,*
Seben,	*Ren,*	*Ren,*
Lichen,	*Troëzen,*	*Hymen,*
Damen,	*Splen,*	*Hyphen.*

De Genitiuo nominum in On,

TAB. XIX.

Nomina in On, faciunt onis,
- *Canon, canonis.*
- *Dæmon, dæmonis.*
- *Sindon, ſindonis.*

Excipiuntur, quæ genitiuum faciunt in ontis,
- *Chamæleon, Achelon,*
- *Phlegeton, Xenophon,*
- *Charon, Sarpedon,*
- *Phaëthon, & reliqua.*

De Genitiuo nominum in Ar,

TAB. XX.

In Ar, faciunt aris,

Cæſar,	*Arar,*	*Lar,*
Par,	*Compar,*	*Nectar,*
Iubar,	*Calcar,*	*Lupanar,*
Laquear,	*Torcular,*	
Puluinar.		

Excipiuntur
- Inſtar, indeclinabile.
- Far, farris: Hepar, hepatis.
- Lar, Lartis, uiri proprium.

De Genitiuo nominum in Er,

TAB. XXI.

In Er, faciunt eris,
- Aër, Agger,
- Anſer, Mulier,
- Æther, Later,
- Ver, Crater,
- Character.

Excipiuntur habentia
- bris,
  - Imber, September,
  - October, Nouember,
  - December, Celeber,
  - Saluber.
- cris,
  - Acer, Adiectiuum.
  - Alacer, Volucer.
- tris,
  - Accipiter, Pater, Mater,
  - Spinter, Linter, Venter.
  - Vter, Campeſter, Sylueſter,
  - Paluſter, Equeſter, Pedeſter,
  - Sequeſter.

Iter ab antiquo Itiner, retinet itineris.

De Genitiuo nominum in Or,

TAB. XXII.

In Or, habent oris, ut
- Amor, Timor,
- Honor, Arbor,
- Memor, Color.

Excipitur Cor, cordis.

De Genitiuo nominum in Vr,

TAB. XXIII.

- **In Vr, habent uris: ut,**
  - *Augur, Fulgur,*
  - *Guttur, Murmur,*
  - *Ligur, Turtur.*
- **Excipiuntur**
  - *Ebur, eboris. Femur, femoris.*
  - *Iecur, iecoris.*
  - *Robur, roboris.*

De Genitiuo nominum in As,

TAB. XXIIII.

- **In As, habent atis: ut,**
  - *Æſtas,*
  - *Ciuitas,*
  - *Simultas.*
- **Excipiũtur habentia**
  - *antis, ut*
    - *Adamas, Elephas,*
    - *Gigas, Garamas,*
    - *Acragas, Atlas,*
    - *Bias, Chalcas,*
    - *Thoas, et alia uirorum propria Græca.*
  - *adis, ut*
    - *Pallas, Lampas,*
    - *Olympias,*
    - *Hebdomas,*
    - *Decas, Cyclas,*
    - *Dipſas, & id genus Græca.*

Et As, aßis: Mas, maris: Vas, uadis: Vas, uaſis.

De Genitiuo nominum in Es,

TAB. XXV.

In es, mutantur in is, ut { Ariſtoteles, Apes, Lues, Vulpes.

Excipiũtur habentia {

Etis, ut { Abies, Aries, Paries, Hebes, Impes, Indiges, Interpres, Perpes, Præpes, Seges, Teges, Teres, Veges, Locuples, Manſues, Quies, Requies, Inquies, Cres, Lebes, Magnes, Planes, Phames.

Quædam habent etis, uel is, Chremes, Laches, & reliqua huiuſmodi.

Itis, ut { Ames, Ceſpes, Fomes, Gurges, Limes, Merges, Palmes, Poples, Satelles, Stipes, Termes, Trames, Diues, Ales, Antiſtes, Cocles, Comes, Eques, Hoſpes, Miles, Pedes, Præſtes, Veles, Soſpes, Superſtes.

Pes, pedis, cum compoſitis: ut, Bipes, Tripes, Quadrupes, & cæteris: Deſes, deſidis: Obſes, obſidis: Præſes, præſidis: Reſes, reſidis: Hæres, hæredis: Merces, mercedis: Ceres, Cereris.

De Genitiuo nominum in Is,

TAB. XXVI.

In is, genitiuum nominatiuo ſimilem reddunt { *Auis, Nauis, Clauis.*

Excipiuntur habentia idis, { *Cuſpis, Lapis, Caßis, Aſpis, Ægis, Pyxis, Ibis, Tyrannis, Paropſis, Æneis, Priamis, Thais, Chryſis, Amaryllis, Lais, Iſis, & alia Græcorum multa.*

Quædam habent duplicem genitiuum, in {
- *Is, uel idis,* { *Adonis, Tibris, Buſiris, Paris, Iris, & alia multa.*
- *Is, uel eos, uel ios,* { *Neapolis, Hæreſis, Poëſis, Phyſis, Geneſis, Metamorphoſis, et reliqua.*

Excipiuntur

Sanguis, ſanguinis: Pollis, pollinis: Puluis, pulueris: Cinis, cineris: Vomis, uomeris: Pyrois, pyroëntis: Simois, ſimoëntis: Lis, litis: Dis, ditis: Quiris, quiritis: Samnis, ſamnitis: Glis, gliris: Semis, ſemißis: Delphis, delphinis: Salamis, ſalaminis, & reliqua in is, & in deſinentia.

De Ge

De Genitiuo nominum in Os,

TAB. XXVII.

In Os, faciunt otis, ut
- *Sacerdos,*
- *Cos,*
- *Dos,*
- *Nepos,*
- *Rhinoceros,*
- *Monoceros.*

Excipiuntur
- *Habentia oris, ut*
  - *Flos,*
  - *Glos,*
  - *Mos,*
  - *Ros,*
  - *Honos,*
  - *Lepos,*
  - *Arbos,*
  - *Os, oris.*
- *Os, oſsis: Exos, exoſsis: Cuſtos, cuſtodis: Bos, bouis.*
- *Habentia ois, ut*
  - *Heros,*
  - *Minos,*
  - *Tros,*
  - *Thos.*

De Genitiuo nominum in Vs,

TAB. XXVIII.

In Vs, faciunt oris, ut

Lepus,	*Corpus,*	*Decus,*
Facinus,	*Littus,*	*Nemus,*
Pectus,	*Frigus,*	*Tempus,*
Tergus,	*Pecus,*	*Stercus,*

Excip=

Excipiuntur habentia

- *eris,* Genus, Hulcus, Munus, Onus, Olus, Sidus, Latus, Opus, Funus, Vellus, Viſcus, Acus, Fœdus, Rudus, Scelus, Vetus, Venus, Pondus, Vulnus,
- *uris,* Crus, Ius, Mus, Plus, Pus, Rus, Thus, Tellus, Ligus.
- *uis,* Grus, gruis: Sus, ſuis.
- *udis,* Hæc pecus, Palus, Incus, Subſcus,
- *utis,* Virtus, Salus, Iuuentus, Senectus, Seruitus.
- *untis,* Opus, Trapezus, Hidrus, & his ſimilia.
- *odis,* Oedipus, Melampus, Daſipus, Polypus, Tripus, Apus, Chytropus, & id genus alia.

De Nominibus in Ys, TAB. XXXI.

In Ys, faciunt ys, uel yos, Botrix, Chelys, Thetys, Erinnys,

Excipiuntur	*Chlamys,* *Pelamys,*	*dis,uel idos,*

De Nominibus in Æs, TAB. XXX.

Æs, æris: Præs, prædis.

De Nominibus in Bs, & Ps, TAB. XXXI.

In bs, et ps, i, ante s, interpoſita faciunt genitiuum: ut,	*Trabs, trabis. Scrobs, ſcrobis. Vrbs, urbis. Plebs, plebis. Hydrops, hydropis. Stips, ſtipis, Æthiops, Æthiopis.*

Excipiuntur	*Cœlebs, cœlibis: Gryphs, gryphis.*		
	In ceps, à capio, faciētia cipis, ut	*Princes, Particeps, Manceps, Municeps, Forceps.*	*præter Auceps, aucupis.*
	In ceps, à caput, facientia cipitis,	*Anceps, Biceps, Triceps, Præceps, & reliqua.*	
	Adeps, adipis.		

De Nominibus in Ns, & Rs, TAB. XXXII.

In ns, & rs, dempto s, & tis aſſumpto, faciunt genitiuum: ut, Quadrans, quadrantis: Gens, gentis: Mons, montis: Ars, artis: Iners, inertis: Sors, ſortis.

Excip-

Excipiuntur
- *Glans,glandis: Iuglans,iuglandis:*
- *Lens,lendis,pro pediculi fœtu,*
- *Nefrens,nefrendis: Libripens,libripendis:*
- *Frons,frondis,pro folio.*
- *Concors,concordis: Diſcors,diſcordis:*
- *Secors,ſecordis: Vecors,uecordis:*
- *Miſericors,miſericordis: & reliqua.*

Sed participia ſunt, Iens, euntis: Quiens, queuntis: Abiens,abeuntis: Adiens,adeuntis: & cætera.

De Genitiuo nominum in Ax,

TAB. XXXIII.

In Ax,faciunt acis,ut
- *Fax,facis: Abax,abacis:*
- *Fornax,fornacis: Pax,pacis:*
- *Thorax,acis: Limax,acis.*

Excipiuntur
- *Hylax, hylactis.*
- *Aſtyanax, Aſtyanactis.*
- *Hipponax,hipponactis.*

De Nominibus in Ex, TAB. XXXIIII.

In Ex,faciunt icis: ut, Apex,Pellex,Artifex,Cortex.

Excipiuntur

Nex,necis:	*Grex.gregis:*
Veruex,ueruecis:	*Lex,legis:*
Halex,halecis:	*Rex,regis:*
Myrmex, myrmecis:	*Remex, remigis:*
Reſex,reſecis:	*Exlex, exlegis:*
Aquilex,aquilegis:	*Illex, illegis:*
Lelex,lelegis:	*Senex,ſenis:*
Supellex,ſupellectilis.	

De Geni=

De Genitiuo nominum in Is,

TAB. XXXV.

In Ix, *faciunt icis* { *Matrix, Radix, Nutrix, Ceruix, Meretrix, Appendix, Obſtetrix, Coxendix, Cicatrix, Pix.* }

Excipiuntur { *Strix, ſtrigis: Nix, niuis: Tetrix, tetrigis: Impetix, impetigis: Homeromaſtix, Homeromaſtigis: Biturix, biturigis: & id genus reliqua.* }

De Genitiuo nominum in Yx,

TAB. XXXVI.

In Ox, *faciunt ocis,* { *Vox, Ferox, Atrox, Velox.* }

Excipiuntur { *Allobrox, Allobrogis, Nox, noctis, Pernox, pernoctis.* }

De Genitiuo nominum in Vx,

TAB. XXXVII.

In Vx, *faciunt ucis,* { *Crux, Dux, Nux.* }

Excipiuntur Frux, frugis: Coniux, coniugis.

De Genitiuo nominum in Yx,

TAB. XXXVIII.

In Yx,

In Yx, faciunt ygis: ut, { *Oryx, Styx, Phryx, Coccyx,* }

Excipiuntur { *Bombyx, bombycis: Scandyx, ſcandycis: Bebryx, bebrycis: Eryx, Erycis: Ceryx, Cerycis: Calyx, Calycis: Onyx, onichis: Sardonyx, ſardonychis.* }

De Genitiuo nominnm Conſonantem ante x, habentium. TAB. XXXIX.

In X, conſonante præeunte, faciunt cis: ut, Calx, Falx, Lanx.

Excipiuntur { *Phalanx, phalangis, Sphinx, ſphingis, Syrinx, ſyringis, Coniunx, coniugis.* }

De accuſatiuuo ſingularis tertiæ decli= nationis, TAB. XL.

Accuſatiuus in Em, deſinit: ut, Sermonem.

Excipiuntur { *Vis, uim. Cucumis, cucumim, Rauis, rauim. Tußis, tußim. Sitis, ſitim.* }

Item { *Buris, Turris, Reſtis, Peluis, Aqualis, Clauis, Febris Securis; Nauis, Puppis,* } *quæ habent em, uel im.*

Græca,quorum Genitiuus creſcit,habent em,uel a:ut, Pan,Canon,Aër,Hector,Martyr,Pallas,Priamis,& reliqua. Quæ in is,uel,ys,deſinunt apud Græcos ios,uel eos,uel yos in Genitiuo habentia, faciunt accuſatiuum in in,& apud nos in im,ut,

Geneſis,geneſios: Geneſin,uel geneſim.
Botrys,botryos: Botryn,uel botrym.

Alexis, facit Accuſatiuum Alexidem, Alexida, Alexim,& Alexin,& id genus alia.

De Vocatiuo tertiæ declinationis,

TAB. XLI.

Vocatiuus ſimilis eſt Nominatiuo : ut , hic Cicero, ò Cicero.

Excipiuntur Græca in s,deſinentia, quæ aliquando s, abijciunt in uocatiuo: ut,hic Pallas,ò Palla: hic Chremes, ò Chreme.

De Ablatiuo tertiæ declinationis,

TAB. XLII.

Ablatiuus in E,deſinit: ut, ab hoc Cicerone, Conſule, Rhetore,Ciuitate.

Excipiuntur {
- *Adiectiua,quorũ neutrum in e,deſinit,habentia ſolum i : ut , Saluber , ſalubri: Fortis,forti: Dulcis,dulci: & reliqua.*
- *Neutra in* {
  - *E,Cubile,cubili.*
  - *Al,Animal,animali.*
  - *Ar,Lupanar,lupanari.*

Præter ſal,ſale: Iubar,iubare: Nectar,nectare: Hepar hepate: Far,farre.

Mittentia

Mittentia Accuſatiuũ in im, uel in, faciunt i, in Ablatiuo.	Vis, uim, ui. Rauis, rauim, raui. Tuſsis, tuſsim, tuſsi. Sitis, ſitim, ſiti. Araris, Ararim, uel in, Arari. Tyberis, Tyberim, uel in, Tyberi. Geneſis, Geneſim, uel in, Geneſi.

Aprilis, aprili: Quintilis, quintili: Sextilis, ſextili: Se= ptember, ſeptembri: October, octobri: Nouember, No= uembri: December, decembri.

Adiectiua, quorum neutrum in E, non deſinit, habent e, uel i,	Diues, Sapiens, Audax, Doctior, Degener, Vetus, Solers, Aquinas.

Hoſpes tamen, Soſpes, & Pauper in e, ſolum abla= tiuum habent: Memor, & Plus, in i.

Mittentia Accuſatiuum in em, uel in im, ablitiuum fa= ciunt in e, uel in i.

Item Annalis, annale, uel annali: Riualis, riuale, uel riuali: Sodalis, ſodale, uel ſodali.

Anguis, Vnguis, Amnis, Finis, Fuſtis. Neptis, Poſtis, Vectis, Claſsis, Ciuis, Ignis, Canalis, Strigilis, Imber, Tri= dens, Supellex, Affinis ſubſtantiuum, Familiaris ſubſtantiuum, Pugil, Ver= balia in trix, adiectiuè ſumpta, ut Vl= trix, Victrix.	e, uel i,

De Nominatiuo, Accuſatiuo, & Vocatiuo pluralis numeri tertiæ declinationis,

TAB. XLIII.

Nominatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus pluralis numeri, deſinunt in Es, ut, Homines, Sermones, Conſules, Ciuitates.

Accuſatiuus eorum quorum pluralis genitiuus in ium, deſinit, plerunq; in eis, terminatur: ut hos et has Omneis: hos & has Treis: hos Fonteis: has Parteis.

Quorum Accuſatiuus in a, deſinit, pluralis in has, proferri poteſt: ut, hunc Dæmona, hos dæmonas: hanc Lampada, has lampadas.

Neutra, quorum Ablatiuus in e, ſolum deſinit, habent a, in tribus numeri pluralis caſibus: Stemmata, Nomina Corpora.

Alia habent ia, ut { *Animalia, Calcaria, Dulcia.* }

Præter Comparatiua, { *Doctiora, Fortiora, Meliora,* }

Plus habet plura, uel pluria: Complura quoque dicimus, uel compluria: Apluſtra, uel apluſtria: Vetera, non ueteria.

De Genitiuo plurali, TAB. XLIIII.

Genitiuus pluralis tertiæ declinationis, deſinit in um: Lapidum, Nominum, Boum.

Excip-

Excipiuntur
- habẽtia
  - I, in ablatiuo: Cubili, cubilum: Animali, animalium.
  - E, uel I, Igne, uel igni, ignium: Amante, uel amanti, amantiũ:
- In as, Latina: As, aſſium: Mas, marium:
- In Es, ſemper pluralia: Penates, penatiũ: Quinquatres, quinquatriũ: tres, trium: Sed opes, opum: Proceres, procerum: Lemures, lemurum dicimus.
- In Is, habentia genitiuum æqualem nominatiuo: ut, Collis, collium, Veſtis, ueſtium: Præter Canum, Panum, & Iuuenum.
- In Es, Equalem nominatiuo genitiuum habentia: Vulpes, uulpium: Sedes, ſedium: Apes, Apium: præter Vatum.
- In Ns, Glans, glandium: Dens, dentium: Mons, montium.
- In Rs, Ars, artium: Ines, inertium: Cohors, cohortium.
- Glis, glirium: Cor, cordium: Dos, dotium:

Cos, cotium: Dis, ditium: Os, oſſium: Mus, murium: Lis, litium: Faux, faucium: Sus, ſuium: Lynter, lyntrium: Nix, niuium: Trabs, trabium: Vter, utrium: Nox, noctium: Scrobs, ſcrobium: Vrbs, urbium: Puls, pultium: Daps, dapium: Seps, ſepium: Stips, ſtipium: Stirps, ſtirpium: Fæx, fæcium: Falx, falcium: Calx, calcium: Lanx, lancium: Arx, arcium: Merx, mercium: Quincunx, quincuncium: Sexcunx, ſexcuncium: Septunx, ſeptuncium: Decunx, decuncium: Deunx, deuncium.

De Datiuo, & Ablatiuo pluralibus,

TAB. XLV.

Datiuus, & Ablatiuus in ibus, deſinunt: ut, Hominibus, Honoribus.

Excipitur Bos, *quod habet* Bobus, *uel* Bubus.

De Datiuo & Ablatiuo pluralis numeri, quartæ declinationis, TAB. XLVI.

Quartæ declinationis Datiuus, & Ablatiuus, *numeri pluralis in ibus deſinunt:* Fructibus, Senſibus, Manibus, Cornibus.

Excipiuntur *aliquot nomina eos caſus in ubus, mittentia: ut,* Artus, Lacus, Tribus, Arcus, Ficus, Partus, Quercus, Acus, Portus, Specus.

Veru, tam facit Veribus *per i, quàm per u,* uerubus. *Genu, genibus, & genubus.*

TABVLARVM DE NOMINVM DECLINATIONIBVS, FINIS.

DE NOMINVM ANOMALORVM QVATVOR GENERIBVS,

TABVLA I.

Anomalorũ nominũ quatuor ſunt genera
- *Alia enim ſunt* Heterogenia: *ut, hoc cœlum, hi cœli: hoc* Epulum, *hæ epulæ.*
- *Alia* Heteroclita: *Vas, uaſis: uaſa uaſorum:* Epulum, *epuli: epulæ, epularum.*
- *Alia Defectiua: Sanguis, expes.*
- *Alia Abundantia:* Ficus, Honor.

De He

De Heterogeniis, TAB. II.

Heterogeniorũ id eſt, genus, uariantium,

Alia ſunt Maſculina in ſingularis, in plurali Neutra: hic Dindymus, hæc Dindyma: hic Iſmarus, hæc Iſmara: hic Tanarus, hæc Tanara: hic Tenarus, hæc Tenara: hic Auernus, hæc Auerna: hic Gargarus, hæc Gargara: hic Menalus, hæc Menala: hic Maßicus, hæc Maßica: hic Iocus, hi ioci, uel hæc ioca: hic Locus, hi loci, uel hæc loca: hic Sibilus, hi ſibili, uel hæc ſibila.

Alia in ſingulari Fœminina, in plurali Neutra: hæc Pergamus, hæc Pergama: hæc ſupellex, hæc ſupellectilia.

Alia in ſingulari Neutra, in Plurali Maſculina: hoc Cœlum, hi cœli: Filum, Frænum, Porrum, Raſtrum, pluraliter i, uel a.

Alia Neutra in ſingulari, in plurali fœminina: hoc Epulum, hæ epulæ: hoc delicium, hæ deliciæ: hoc Balneum, hæc Balnea, uel hæ Balneæ.

De Heteroclitis, TAB. III.

Heteroclita uariè declinantur,

Epulum, Delicium, Balneum, ex ſecunda declinatione tranſeunt in primam.

Vas, uaſis, ex tertia in ſecundam.

Domus, partim eſt ſecundæ, partim

quartæ, declinatur autem ſic: Singulariter, hæc Domus: *huius domi, uel domus: huic domui: hanc domum: ò domus: ab hac domo,* Pluraliter, *hæ domus: harum domorum, uel domum: his domibus: has domos: ò domus: ab his domibus.*

De deffectiuis, TAB. IIII.

Defectiua nomina ſunt, quibus deeſt quippiam, quod ad ueram, perfectamq́; ſpectet declinationem.
- *Vocis per caſus uariatio: ut,* Gummi, Nequam, Centum.
- *Caſus: ut,* Expes, Sponte,
- *Numerus: ut,* Roma, Louanium, Arma.

Deeſt uocis per caſus uariatio nominibus.
- *In I, ut* Gummi, Eiuſmodi.
- *In V, ut* Cornu, Gelu, Veru.
- *Literarũ: ut,* Alpha, Vita, A, B, C.
- *Numerorum: ut,* Quatiuor, Decem, Centum, Præter, Vnus, Duo, Tres, Milia, Duncenti, Trecenti, *&* ſimilia.
- *Barbaris: ut,* Adam, Iacob, Iſaac, *& cæteris.*

Item & his, Nequam, Totidem, Cim, Præſto, Pondo, Hir, Pedum, Nugas, Nepet, Git, Frit, Tot, Quot, Aliquot, Cepe, Subtal.

Carentia Nominatiuo ſingulari, TAB. V.

Nominatiuo ſingulari haec carent
- *Ditionis, Ditioni, Ditionem, à Ditione.*
- *Precis, Preci, Precem, à Prece.*
- *Vicis, Vici, Vicem, à Vice.*
- *Iugeris, Iugere.*

Vocatiuo carentia, TAB. VI.

Vocatiuo carent
- *Interrogatiua: ut, Quis, Vter, Quot, Qualis.*
- *Relatiua: ut, Qui, Quae, Quot, Alius, Tãtus.*
- *Diſtributiua: ut, Omnis, Quiſque, Quicunq;.*
- *Infinita: ut, Aliquis, Quiſpiam, Quilibet.*
- *Negatiua: ut, Nullus, Nemo, Nihil.*
- *Partitiua: ut, Singuli, Bini, Terni, Deni.*

Soli Ablatiui hi leguntur
- *Natu, Permiſſu, Iuſſu.*
- *Sponte, Prompte.*
- *Noctu, pro nocte.*
- *Impete, pro impetu.*

Carentia, Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo ſingularis numeri,

TAB. VII.

Quædã carent Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo numeri ſingularis: ut.
- *Fas, Nefas,*
- *Opus, cum ſignificat neceſſe.*
- *Neceſſum, Neceſſe,*
- *Inſtar, Nihil, Nil.*
- *Expes, etiã caret Accuſatiuo.*

Carentia Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo pluralis numeri, TAB. VIII.

Quintæ declinationis nomina: præter Res, Dies, Species & Facies,

Sunt quibus deſunt hi caſus in numero plurali,	Æs, Far, Ius, Thus, Rus, Mel, Defrutum, Os, oris, Hordeum, Mare.

Reliqua cæteris caſibus carentia
TAB. IX.

Cæter, in uſu non eſt: Cætera, & Cæterum ſunt in uſu.
Fors habet Ablatiuum ſolum Forte.
Macte, in uſu eſt, & Macti.
Tantundem genitiuum ſolum habet Tantidem.
Suppetiæ, Suppetias: Inficiæ, Inficias.
Grates, tribus tantum caſibus uſurpamus.

Carentia plurali numero, TAB. X.

Plurali numero carēt	*Propria nomina: præter ea, quæ tātùm pluraliter declinantur: ut, Delphi, Athenæ.* *Metallorum nomina: ut, Aurum, Argentū, Ferrum: præter Æra, & Electra.* *Furmentorū nomina: ut, Triticum, Siligo, Milium. Sed legimus Hordea, Farra,* *Lac, Butyrum, Piper, Zingiber, Ceruiſia.*

Maſculina ſingularia tantum, TAB. XI.

Maſculina ſingularia ſunt hæc,	*Aër, Æther, Ceſtus, Fimus, Fumus, Limus, Mundus, Muſcus, Pondus, Puluis, Sal, Sanguis, Sol, Viſcus, Veſper,*

Nemo, communis generis.

Fœminina

Fœminina ſingularia tantum,

TAB. XII.

Fœminina ſingularia

Adoleſcentia,	*Bilis,*	*Caries,*	*Salus,*
Iuuentus	*Fama,*	*Labes,*	*Sanies,*
Iuuenta,	*Fames,*	*Lues,*	*Sitis,*
Senectus,	*Fides,*	*Lux,*	*Strues,*
Senecta,	*Galla,*	*Mors,*	*Tabes,*
Proſapia,	*Gloria,*	*Pax,*	*Tuſsis,*
Rabies,	*Humus,*	*Pix,*	*Vita,*

Neutra ſingularia tantum,

TAB. XIII.

Neutra ſingularia

Æuum,	*Ador,*	*Hir,*	*Nectar,*
Barathrum,	*Crocum,*	*Iubar,*	*Nihil,*
Iuſtitium,	*Cicer,*	*Inſtar,*	*Nil,*
Neceſſum,	*Cœnum,*	*Lac*	*Nefas,*
Neceſſe,	*Fœnum,*	*Lethum,*	*Paſcha,*
Nihilum,	*Gelu,*	*Lutum,*	*Pelagus,*
Fas,Fel,	*Hepar,*	*Mane,*	*Pus,*
Nitrum,	*Senium,*	*Solum,*	*Piper,*
Vitrum,	*Viſcum,*	*Ver,*	*Virus,*
Veſper,	*Salum,*	*Vulgus.*	

Singulari numero carentia,

TAB. XIIII.

Singulari numero carent

- *Numeralia Cardinalia:* Duo, *tres, Quatuor,&c.*
- *Diſtributiua:* Bini, *Terni, Quaterni.*
- *Nomina Feſtorum,& Ludorum: Apollinares, Circenſes, Geniales, Quinquatres, Bacchanalia, Vulcanalia, Saturnalia, Megalenſia, Lupercalia, Feralia, et reliqua.*

Maſculina

Maſculina tantum pluralia, TAB. XV.

Maſculina pluralia tantum	*Antes,*	*Liberi,*	*Penates,*
	Annales,	*Lemures,*	*Poſteri,*
	Cancelli,	*Loculi,*	*Primates,*
	Cani,	*Maiores,*	*Pugillares,*
	Carceres,	*Minores,*	*Proceres,*
	Faſti,	*Manes,*	*Sales,*
	Fori,	*Natales,*	*Sentes,*
	Inferi,	*Optimates,*	*Superi.*

Fœminina tantum pluralia,

TAB. XVI.

Fœminina pluralia,	*Ambages,*	*Feriæ,*	*Nonæ,*
	Antiæ,	*Fores,*	*Nuptiæ,*
	Ædes, pro domo:		*Nugæ,*
	Gades,	*Grates,*	*Nundinæ,*
	Argutiæ,	*Genæ,*	*Opes,*
	Blanditiæ,	*Gingiuæ,*	*Primitiæ,*
	Bigæ,	*Idus,*	*Præſtigiæ,*
	Calendæ,	*Induciæ,*	*Quiſquiliæ,*
	Cantes,	*Inferiæ,*	*Quadrigæ.*
	Ceremoniæ,	*Inficiæ,*	*Reliquæ,*
	Cunæ,	*Inſidiæ,*	*Scalæ,*
	Crates,	*Inimicitiæ,*	*Scopæ,*
	Diuitiæ.	*Lactes,*	*Sordes,*
	Diræ,	*Latebræ,*	*Suppetiæ,*
	Excubiæ,	*Literæ, pro epiſtola:*	
	Exuuiæ,	*Tenebræ,*	*Thermæ,*
	Exequiæ,	*Manubiæ,*	*Tricæ,*
	Phaleræ,	*Minæ,*	*Valuæ.*
	Facetiæ,		

Neutra tantum pluralia, TAB. XVII.

Neutra pluralia,

Arma,	*Cunabula,*	*Sponſalia,*
Ceraunia,	*Flabra,*	*Magalia,*
Exta,	*Ilia,*	*Præcordia,*
Ambo,	*Mœnia,*	*Tempe,*
Crepundia,	*Serta,*	*Mapalia,*
Effata,	*Iuſta,*	*Roſtra,*
Caſtra,	*Pondo,*	*Teſqua.*

Item, Artaxata, Bactra, Cythera, & reliqua.

De Abundantibus, TAB. XVIII.

Abundantia ſunt, quæ in eodem ſignificatu pluribus modis efferuntur: ut, Luxuria, Luxuriæ: Luxuries, luxuriei. Luxus, luxus, luxui. Oedipus, œdipodis: Oedipus, Oedipi: Oedipodes, Oedipodæ,

De nominibus Primæ & Tertiæ declinationis,

TAB. XIX.

Nõnulla nomina Primæ ſunt, & Tertiæ declinationis: ut,

- *Thucydides, Thucydidæ: & Thucydidis.*
- *Alcibiades, Alcibiadæ: & Alcibiadis.*
- *Herodes, Herodæ: & Herodis.*
- *Orontes, Orontæ: & Orontis.*
- *Pylades, Pyladæ: & Pyladis.*
- *Moſes, Moſæ: & Moſis.*
- *Abbas, Abbæ: & Abbatis.*

De nominibus Secundæ & Quartæ declinationis,

TAB. XX.

Secundæ, & Quartæ declinationis ſunt { Laurus, Quercus, Pinus, Cornus, Colus, Lacus, Penus, Domus,

Ficus, cùm eſt ſecundæ declinationis, & Maſculini generis eſt, & Fœminini: cùm uerò Quartæ, Fœminini duntaxat. Quando generis Maſculini, & fructum ſignificat, & uitium corporis: cùm uerò Fœminini, cuiuſcunq; ſit declinationis, tam arborem ſignificat, quàm fructum.

De Adiectiuis Secundæ, & Tertiæ declinationis, TAB. XXI.

Nonnulla ſunt adiectiua Secundæ declinationis, & Tertiæ, {
Syncerus, a, um, hic & hæc ſynceris, & hoc ſyncere:
Inermus, inermis:
Eneruus, eneruis:
Bijugus, bijugis:
Hilarus, hilaris:
Imbecillus, imbecillis:
Effrenus, effrenis:
Magnanimus, magnanimis:
Exanimus, exanimis: & ſimilia.
Limus, limis:
Sublimus, Sublimis:
Accliuus, accliuis:
Procliuus, procliuis:
Inſomnus, Inſomnis: & ſiqua ſunt id genus alia.

TABVLARVM DE NOMINIBVS ANOMALIS, FINIS.

DE TRIBVS GRADIBVS COMPARATIONIS,

TABVLA I.

Tres ſunt gradus Comparationis
- *Poſitiuus:ut,* Doctus.
- *Comparatiuus :ut,* Doctior.
- *Superlatiuus: ut,* Doctiſsimus.

De tribus partibus orationis, à quibus Comparatiua, & Superlatiua nomina deducuntur, TAB. II.

Cumparatiua noïa, & ſuperlatiua ſunt
- A' *Nomine:ut*
  - *Albus, albior, albiſsimus.*
  - *Potis, potior, potiſsimus.*
  - *Deter, deterior deterrimus.*
- *Ab Aduerbio:ut, Pridem, prior, primus.*
- A' *Præpoſitione:ut, Poſt, poſterior, poſtremus.*

De formatione comparatiui, TAB. III.

Comparatiuum fit à primo caſu Poſitiui, deſinente in i, addita s, & ſimus.

ut,
- Docti, Doctiſsimus:
- Albi, Albiſsimus:
- Dulci, dulciſsimus:
- Forti, fortiſsimus:

Excipiun=

Excipiuntur ea quæ fiunt à Poſitiuis in r, deſinentibus, addita rimus.

ut, { Niger, *nigerrimus.*
Acer, *acerrimus.*
Item, *Maturrimus, à Matur* ; Veterrimus, *à* Veter. }

De Anomalis, TAB. V.

Anomala ſunt hæc, {
Bonus, Melior, Optimus:
Malus, Peior, Peßimus:
Magnus, Maior, Maximus:
Paruus, Minor, Minimus:
Multum, Plus, Plurimum:
Nequam, Nequior, Nequißimus:
Dexter, Dexterior, Dextimus:
Siniſter, Siniſterior, Siniſtimus:
Magnificus, Magnificētior, Magnificētißimus:
Maledicus, Maledicentior, Maledicentißimus:
Magniloquus, Magniloquentior, Magniloquentißimus, & eiuſmodi reliqua.
Facilis, Facilior, Facillimus:
Agilis, Agilior, Agillimus:
Gracilis, Gracilior, Gracillimus:
Humilis, Humilior, Humillimus:
Similis, Similior, Simillimus:
Docilis, Docilior, Docillimus: uel, Docillißimus. }

Poſita in us, uocalem ante us, habentia, augentur appoſitione aduerbiorum Magis, & Maximè: ut, Dubius magis dubius, maximè dubius.

Ocyor,

Ocyor, & Ocyßimus, à Græco poſitiuo ὠκύς.

De Carentibus Superlatiuo,

TAB. VI.

Superlatiuo carent hæc,	*Adoleſcens, adoleſcentior:*
	Iuuenis, Iunior:
	Proximus, proximior:
	Senex, ſenior.

Ab Aduerbiis, & Præpoſitionibus Com=paratiua, & Superlatiua,

TAB. VII.

Ab Aduerbijs, & Præpoſitionibus hæc fiunt,	*Pridem, prior, primus.*
	Nuper, nuperior, nuperrimus.
	Ante, anterior, ſine Superlatiuo.
	Poſt, poſterior, poſtremus.
	Citra, citerior, citimus.
	Vltra, ulterior, ultimus.
	Intra, interior, intimus.
	Extra, exterior, extremus.
	Infra inferior, infimus.
	Supra, ſuperior, ſupremus.
	Prope, propior, proximus.

Legitur etiam Ipſißimus, à Pronomine Ipſe, uel Ipſus.

TABVLARVM DE NOMINVM COMPARATIONIBVS FINIS.

TABVLARVM IOAN. MVRMELLII LIBER TERTIVS DE

Verborum Præteritis, & Supinis, Anomalis, & Defectiuis verbis, Speciebus verborum.

IOAN. MVRMELLIVS PVERIS GRAMMATICÆ STVDIOSIS SAL.

EN uobis Tabulas de Præteritis, & Supinis uerborum compoſitas, de Anomalis, Defectiuisq́; uerbis, de Speciebus item uerborum quas diligenter euoluite, uerbisq́; rectè cōiugandis operam date: ne Conqueraſſe, Redaxit, Iuuaui, Franxi, & id genus loquendi ſartagines perſtrepant in ore ueſtro. Valete, & Præceptorem non minus, quàm literas amate.

DE VERBORVM PRÆTERITIS, *& Supinis, Ioannis Murmelij Tabulæ.*

De catholicis præceptis,

TAB. I.

Sex catholica præcepta, in formandis uerborum Præteritis & Supinis ſunt obſeruanda.

PRI=

PRIMVM: *Quum ſimplex uerbum præteriti principium geminet, compoſitum tamen non geminat: ut,* Mordeo, *momordi:* Remordeo, *remordi:* Pello, *pepuli:* Compello, *compuli.*

Excipiuntur *compoſita à*
- Do: *ut,* Circundo, *circundedi:* Abdo, *abdidi:* Reddo, *reddidi.*
- Sto: *ut,* Aſto, *aſtiti:* Inſto, *inſtiti.*
- Diſco: Ediſco, *edidici.*
- Poſco: Depoſco, *depopoſci.*
- Curro: Præcurro, *præcucurri, uel præcurri: ſic,* Decurro, Excurro.
- Pungo: *ut* repungo, *repupugi.*

SECVNDVM: *Nullum ſupinum geminat principium.*

TERTIVM: *Quæcunq; habēt a, in præſenti, retinent id in ſupino: ut,* Facio, *feci, factū:* Fallo, *fefelli, falſum.*

QVARTVM: *Compoſita quæ mutant a, ſimplicis in i, in Supino accipiunt e: ut,* Afficio, *affeci, affectum:* Accipio, *accepi, acceptum:* Abijcio, *abieci, abiectum.*

Excipiuntur
- In
  - Do: *ut,* Occido, *occidi, occaſum,*
  - Go: *ut,* Abigo, *abegi, abactum:* Attingo, *attigi, attactum.*
- *a*
  - Sapio: Deſipio, *deſipui, deſipitum.*
  - Statuo: inſtituo, *inſtitui, inſtitutum.*
  - Salio: Inſilio, *inſilui, inſultum.*

QVINTVM: *Cætera ferè compoſita ſequuntur ſuum quodq; ſimplex. Suis autem locis excipienda prodentur.*

SEXTVM: *Quæcunq; uerba carent* Præterito, *carent etiam Supino: ut,* Caleſco, Gliſco.

De præteritis & Supinis primæ coniu-gationis, TAB. II.

Verba primæ coniugationis habent aui, in præterito, & atum, in ſupino: ut, Amo, *amaui, amatum:* Beo, *beaui, beatum.*

Excipiũtur ſexdecim

Crepo, crepui, crepitum.
Cubo, cubui, cubitum.
Do, dedi, datum.
Domo, domui, domitum.
Frico, fricui, frictum.
Iuuo, iuui, iutum.
Lauo, laui, lautum: uel lotum.
Mico, micui, ſine ſupino.
Neco, necaui, uel necui: necatũ, uel nectum.
Nexo, nexui, nexum.
Plico, plicaui, uel plicui: plicatũ, uel plicitum.
Seco, ſecui, ſectum.
Sono, ſonui, ſonitum.
Sto, ſteti, ſtatum.
Tono, tonui, tonitum.
Veto, uetui, uetitum.

Increpo *facit præteritum increpui, & nonnunquam increpaui.*

Compoſita ex Cubo, *ſunt primæ coniugationis, uel aſſumpto m, ante bo, tertiæ: ut,* Accubo, *uel* Accumbo: Incubo, *uel* Incumbo: Recubo, *uel* Recumbo.

Compoſita ex Do, *ſunt tertiæ coniugationis: præter* Circundo, Peſſundo, Satiſdo, Venundo.

Dimico, *præter dimicui, facit etiam dimicaui, & dimicatum.*

Plico *cum* Præpoſitione *compoſitum, duplex tum* Præteritum

teritum, tum Supinum facit: at multiplico, multiplicaui, multiplicatum tantùm: Duplico, *duplicaui, duplicatum:* Triplico,*triplicaui,triplicatum: & id genus alia.*

Supplico, quod compoſitum uidetur ex ſub, & plico, ſupplicaui, & ſupplicatum habet.

Compoſita ex Sto, habent ſtiti,ſtitum: ut, Aſto,*aſtiti, aſtitum:*Inſto,*inſtiti,inſtitum:*Præſto,*præſtiti,præſtitum.*

De verbis Secundæ coniugationis, TAB. III.

Secundæ coniugationis uerba faciunt ui, in præterito, & itum, in Supino: ut, Habeo, *habui, habitum:* Noceo, *nocui,nocitum.*

De verbis Secundæ coniugationis Supino carentibus, TAB. IIII.

Verba Neutra, facientia Præteritum in ui, ſyllabas, carent Supino: ut, Albeo,*albui:* Marceo,*marcui:* Madeo, *madui:*Tepeo,*tepui. His additur Actiuum* Timeo.

Excipiuntur hæc duodecim

- *Caleo,calui,calitum.*
- *Careo,carui,caritum:*
- *Doleo,dolui,dolitum.*
- *Lateo,latui,latitum.*
- *Liceo,licui,licitum.*
- *Noceo,nocui,nocitum.*
- *Oleo,olui,olitum.*
- *Pareo,parui,paritum.*
- *Pateo,patui,paſſum.*
- *Placeo,placui,placitum.*
- *Taceo,tacui,tacitum.*
- *Valeo,ualui,ualitum.*

De verbis aliud Supinum habentibus, TAB. V.

Quædam uerba habent ui, in Præterito, ſed non itum, in Supino: Cenſeo, cenſui, cenſum: Doceo, docui, doctum: Frendeo, frendui, freſum: Miſceo, miſcui, miſtum: Teneo, tenui, tentum: Torreo, torrui, toſtum.

De quatuor verbis in deo habentibus di, in Præterito, ſine geminatione principii, TAB. VI.

Quatuor uerba in deo, habent di, in Præterito, & eorum tria ſum, in Supino. Prandeo, prandi, pranſum: Sedeo, ſedi, ſeſſum: Video, uidi, uiſum.

Strideo, ſtridi, uel ſtridui, abſq; ſupino.

Prandeo habet etiam in Præterito Pranſus ſum.

De quatuor in deo, Præteriti principium geminantibus, TAB. VII.

Quatuor in deo, geminant Præteriti principium, habentq; di, in Præterito, & ſum in Supino: ut Mordeo, momordi, morſum: Pendeo, pependi, penſum: Spondeo, ſpopondi, ſponſum: Tondeo, totondi, tonſum.

De verbis in ueo, TAB. VIII.

Verba in ueo, faciunt Præteritum in ui, ſyllabam, & Supinum in tum: uel eo carent. Caueo, caui, cautum: Faueo, faui, fautum: Foueo, foui, fotum: Moueo, moui, motum: Voueo, uoui, uotum.

Aueo, aui: Ceueo, ceui: Conniueo, conniui, uel connixi:

Ferueo

Farueo, ferui: Flaueo, flaui: Liueo, liui: Paueo, paui, ſine ſupino.

Ferbui, Præteritum eſt à Ferbeo.

De aliis verbis habentibus ui, in Præterito, & tum, in Supino,

TAB. IX.

Hæc uerba habent ui, in Præterito, & tum, in Supino: Cieo, ciui, citum: Deleo, deleui, deletum: Fleo, fleui, fletum: Neo, neui, netum: Oleo, oleui, oletum: Vieo, uieui, uietum.

Oleo, etiam habet olui, olitum. Adoleo ſupinum facit adultum.

Pleo ſimplex non eſt in uſu, ſed eius compoſita.

De verbis habentibus ſi, in Præterito: & ſum, in Supino, TAB. X.

Hæc uerba habent ſi, in Præterito: & ſum, in Supino:

Ardeo, arſi, arſum.	*Hæreo, hæſi, hæſum.*
Indulgeo, indulſi, indulſum, uel indultum.	*Iubeo, iuſsi, iuſſum.*
	Maneo, manſi, manſum.
Mulceo, mulſi, mulſum.	*Mulgeo, mulſi, mulſum.*
Rideo, riſi, riſum.	*Suadeo, ſuaſi, ſuaſum.*
Tergeo, terſi, terſum.	*Torqueo, torſi, torſum, uel tortum.*
Vrgeo, urſi, urſum.	

Algeo, alſi: Fulgeo, fulſi: Turgeo, turſi, ſine ſupino.

Compoſita ex Maneo, a, in i, mutantia, faciunt Præteritum in ui, ſine Supino. Emineo, eminui: Immineo, imminui, & cætera.

Sorbeo facit ſorbui, ſorbitum: uel ſorpſi, ſorptum.

De verbis habentibus xi, in Præterito, & ctum, in Supino, TAB. XI.

Hæc uerba habent xi, in Præterito: & ctum, in Supino.

Augeo, auxi, auctum. *Lugeo, luxi, luctum.*
Mulceo, mulxi, mulctum. *Mulgeo, mulxi, mulctum.*
Rugeo, ruxi, ructum. *Sugeo, ſuxi, ſuctum.*
Frigeo, frixi: Luceo, luxi, ſine Supino.

De Tertiæ coniugationis verbis quatuor in cio, TAB. XII.

In cio, duo habent eci, actum. Facio, feci, factum: Iacio, ieci, iactum.

Lacio, & Specio in uſu non ſunt, ſed eorum compoſita: Allicio, allexi, allectũ: Illicio, illexi, illectum: Aſpicio, aſpexi, aſpectum: Conſpicio, conſpexi, conſpectum: & cætera. Elicio nunc habet elicui, elicitum, quondã elexi, electum.

De Fodio, & Fugio, TAB. XIII.

Fodio, fodi, foſſum. *Fugio, fugi, fugitum.*

De quatuor verbis in pio, TAB. XIIII.

Capio, cepi, captum: Cupio, cupiui, cupitum: Rapio, rapui, raptum: Sapio, ſapiui, ſapitum, penultima producta: uel, ſapui, ſapitum, penultima correpta.

De rio, & tio, TAB. XV.

Pario, peperi, paritum, uel partum. Quatio, quaßi, quaſſum. Huius compoſita mutant a, in u, ut Concutio, concußi, concuſſum: Decutio, decußi, decuſſum: Excutio, excußi, excuſſum, & cætera.

De uer

De verbis in uo, ſyllabas deſinentibus,

TAB. XVI.

Verba in uo habent ui, in Præterito: & utum in Supino. Acuo, *acui, acutum:* Arguo, *argui, argutum:* Exuo, *exui, exutum:* Induo, *indui, indutum:* Nuo, *nui, nutum:* *Suo, ſui, ſutum.*

Excipiuntur, Fluo, *fluxi, fluxum.* Struo, *ſtruxi, ſtructũ.* Ruo, *rui, rutum, uel ruitum. Huius compoſita habent rutum ſolum: ut,* Diruo, *dirui, dirutum.* Eruo, *erui, erutum.*

Cluo, Congruo, Ingruo, Luo, Metuo, carent ſupino.

De bo, TAB. XVII.

Verba in bo, ſimplicia ſunt ſex, quorum
- *Tria habent pſi, & ptum,*
  - *Glubo, glupſi, gluptum.*
  - *Nubo, nupſi, nuptum.*
  - *Scribo, ſcripſi, ſcriptum.*
- *Tria bi, & itum,*
  - *Bibo, bibi, bibitũ.*
  - *Lambo, lambi, lambitum,*
  - *Scabo, ſcabi, ſcabitum.*

Compoſita ex Cubo, *imitantur ſuum ſimplex: ut,* Accumbo, *accubui, accubitum.*

De ſco, & co, TAB. XVIII.

In ſco, Inchoatiuæ *formæ, tum* Præteritis, *tum* Supinis *carent: ut,* Caleſco, Frigeſco, Tepeſco.

Creſco,creui,cretum. Paſco,paui,paſtum.

Noſco,noui,notum:Ignoſco,ignoui,ignotum: Agnoſco: agnui,agnitum:Cognoſco,cognoui,cognitum.

Gliſco caret præterito,& Supino.

Quieſco, Sueſco, Aciſco, Conſciſco, Deciſco, faciunt Præterita in ui,& Supina,in tum.

Compeſco, compeſcui, compeſcitum: Diſpeſco, diſpeſcui,diſpeſcitum.

Diſco, didici: Poſco,popoſci: Conquiniſco, conquexi, ſine Supino.

Dico,dixi,dictum:Duco,duxi,ductum.

Pollinco,pollinxi,pollinctum: Ico,ici,ictum:

Vinco,uici,uictum: Parco,parſi,parſum:uel peperci.

De do, TAB. XIX.

Verba in do,mutant do,in di, in Præterito: & in ſum, in Supino. Cudo, cudi, cuſum: Edo, edi, eſum: Mando, mandi,manſum.

Rudo,rudi: Sido,ſidi: Strido,ſtridi:ſine ſupino.

Excipiuntur

Pando,pandi,paſſum. Frendo,frendi,freſum.
Comedo,comedi,comeſum:uel comeſtum.
Cado,cecidi,caſum. Cædo,cecidi,cæſum.
Cedo, ceſſi,ceſſum. Pedo,pepedi,peditum.
Pendo,pependi,penſum.
Tendo,tetendi,tenſum: uel tentum.
Tundo,tutudi,tuſum: & tunſum. Huius compoſita priorem ferè modum ſequuntur.
Fundo,fudi,fuſum. Findo,fidi,fiſſum.
Scindo,ſcidi,ſciſſum.

Compoſita à Do, habent didi, & ditum: ut, Abdo, abdidi, abditum. Excipiuntur Abſcondo, abſcondi, abſconditum: uel abſconſum.

Nouem habent ſi, in Præterito: & ſum, in Supino.

- *Claudo, clauſi, clauſum.*
- *Diuido, diuiſi, diuiſum,*
- *Lædo, læſi, læſum.*
- *Ludo, luſi, luſum.*
- *Plaudo, plauſi, plauſum.*
- *Rado, raſi, raſum.*
- *Rodo, roſi, roſum.*
- *Trudo, truſi, truſum.*
- *Vado, uaſi, uaſum.*

De go, & guo, TAB. XX.

In go, & guo, faciunt xi, in præterito: & ctum in Supino.

- *Affligo, afflixi, afflictum.*
- *Ango, anxi, anctum.*
- *Cingo, cinxi, cinctum.*
- *Iungo, iunxi, iunctum.*
- *Pungo, punxi, punctum.*
- *Mungo, munxi, munctum.*
- *Extinguo, extinxi, extinctum.*

Excipiuntur, quæ abijciunt n, in ſupino:

ut,
- *Fingo, finxi, fictum.*
- *Mingo, minxi, mictum.*
- *Pingo, pinxi, pictum.*
- *Ringo, rinxi, rictum.*
- *Stringo, ſtrinxi, ſtrictum.*

Excipiuntur & hæc,

Ago, egi, actum. Hinc, dego, degi: Satago, ſategi: quæ carent ſupino.

Figo

Figo,fixi,fictum. Frigo,*frixi,frictum.*

Frango, *fregi, fractum.*

Lego,*legi,lectum:ſed diligo,dilexi,dilectum:* Intelligo, *intellexi, intellectum:* Negligo,*neglexi,neglectum.*

Pango,*pepigi,pegi,uel panxi,pactum.*

Pungo *facit pupugi, ſine ſupino: cum habeat punctum, à punxi.*

Mergo,*merſi,merſum.* Spargo,*ſparſi,ſparſum.*

Tergo,*terſi, terſum.*

Vergo,*caret* Præterito,*& ſupino.*

De ho,& io, TAB. XXI.

In ho,duo ſunt uerba, & faciunt xi,ctum.

Traho,*traxi,tractum:* Veho, *uexi, uectum.*

In io, ſyllabam unum uerbum deſinit, Meio, *quod habet meij,uel minxi, mictum.*

Delo, TAB. XXII.

Verba in lo,habent ui,in Præterito: *ſed non uno modo faciunt ſupinum.* Alo, *alui, altum :* Colo, *colui, cultum:* Conſulo, *conſului, conſultum:* Occulo,*occului,occultum:* Molo,*molui,molitum.*

Volo, *uolui: antecello,antecellui:* Excello, *excellui:* Præcello, *præcellui:ſine ſupino.* Excipiuntur

Fallo,*fefelli,falſum.* Pello,*pepuli, pulſum.*
Sallo,*ſalli,ſalſum.* Pſallo,*pſalli,ſine ſupino.*
Vello,*uelli,uel uulſi,uulſum.* Tollo,*tetuli,uel tuli,latum.*
Percello,*perculi,perculſum.* Procello,*proculi,proculſum.*

Demo, TAB. XXIII.

Verba in mo, ſunt decem.

Fremo,

Fremo, fremui, fremitum.	*Premo, preßi, preſſum.*
Gemo, gemui, gemitum.	*Como, compſi, comptum.*
Tremo, tremui, ſine Supino.	*Demo, dempſi, demptum.*
Vomo, uomui, uomitum.	*Promo, prompſi, promptum.*
Emo, emi, emptum.	*Sumo, ſumpſi, ſumptum.*

De verbis in no, TAB. XXIIII.

Nouem ſunt uerba in no, deſinentia,

Cano, cecini, cantum.	*Gigno, genui, genitum.*
Pono, poſui, poſitum.	*Cerno, cerui, cretum.*
Sterno, ſtraui, ſtratum.	*Sino, ſiui, ſitum.*
Lino, liui, uel leui, litum.	*Sperno, ſpreui, ſpretum.*
Temno, tempſi, temptum.	

Compoſita ex Cano, habent ui in Præterito: ut, Ac=cino, accinui, accentum: Concino, concinui, concentum.

De po, TAB. XXV.

Septem uerba in po, ha=bent pſi, & ptum: ut,

Carpo, carpſi, carptum.
Sarpo, ſarpſi, ſarptum.
Clepo, clepſi, cleptum.
Repo, repſi, reptum.
Serpo, ſerpſi, ſerptum.
Scalpo, ſcapſi, ſcalptum.
Sculpo, ſculpſi, ſculptum.

Rumpo, facit rupi, ruptum: Strepo, ſtrepui, ſtrepitum.

De quo, TAB. XXVI.

In quo, duo ſunt, Linquo, liqui, lictum: Coquo, coxi, coctum.

De ro, TAB. XXVII.

Noue m ſunt uerba in ro, deſinentia.

Curro,

Curro,cucurri,curſum. *Fero,tuli,latum.*
Furo,caret Præterito,& Supino.
Gero,geßi,geſtum. Quæro,quæſiui,quæſitum.
Sero, pro ſemino, ſeui, ſatum: pro ordino, & compono, ſerui,ſertum. *Tero,triui,tritum.*
Verro,uerri,uel uerſi,uerſum. *Vro,ußi,uſtum.*

De ſo, TAB. XXIII.

In ſo, faciunt ſiui, & ſitum,
- *Accerſo,accerſiui,accerſitum.*
- *Arceſſo,arceßiui,arceßitum.*
- *Inceſſo,inceßiui,inceßitum.*
- *Laceſſo,laceßiui,laceßitum.*

Excipiuntur
- *Capeſſo,capeßiui,capeßitum:uel capeßi, capeſſum.* *Depſo, depſi, ſine ſupino.*
- *Faceſſo, faceßiui, faceßitum: uel faceßi, faceſſum.* *Viſo,uiſi,uiſum.*
- *Pinſo,pinſui,pinſitum:pinſum,uel piſtum.*

De to, TAB. XXIX.

In to, decem uerba ſunt,
Flecto,flexi,flexum. *Necto,nexi,uel nexui,nexum.*
Plecto,plexi,uel plexui,plexum.
Pecto,pexi,pexui,uel pectui,pexum, uel pectitum.
Meto,meſſui,meſſum. *Peto,petiui,petitum.*
Sterto,ſtertui,ſine ſupino. *Verto,uerti,uerſum.*
Mitto,miſi,miſſum. *Siſto,ſtiti,ſtatum.*

De uo, TAB. XXX.

Verba in uo, ſyllabam, deſinentia.
- *Caluo,calui,ſine ſupino.*
- *Soluo,ſolui,ſolutum.*
- *Voluo,uolui,uolutum.*
- *Viuo,uixi,uictum.*

De xo,

De xo, TAB. XXXI.

In xo, duo ſunt, { *Nexo, nexui, nexum.* / *Texo, texui, textum.* }

De verbis Quartæ coniugationis, TAB. XXXII.

Verba Quartæ coniugationis habent iui, in præterito, & itum, in Supino: ut, Audio, audiui, auditum: Dormio, *dormiui, dormitum.*

Singultio facit ſupinum Singultum; Sepelio, ſepultum.

Amicio, amicui, uel amixi, amictum. Inuenitur *& Amiciui.*

Cambio, campſi, campſum: uel, cambiui, cambitum.

Farcio, farſi, fartum. Fulſio, fulſi, fultum.

Haurio, hauſi, hauſtum. Raucio, rauſi, rauſum.

Salio, ſalij, uel ſalui, ſaltum.

Sanxio, ſanxi, ſanctum: uel, ſanciui, ſancitum.

Sarcio, ſarſi, ſartum. Sepio, ſepſi, ſeptum.

Venio, ueni, uentum. Vincio, uinxi, uinctum.

Compoſita à pario, { *Aperio, aperui, apertum.* / *Operio, operui, opertum.* / *Comperio, comperi, compertum.* / *Reperio, reperi, repertum.* }

Verba Meditatiuæ formæ carent præterito, & ſupino: ut, Dicturio, Micturio, Cacaturio, Cœnaturio.

Excipiuntur { *Eſurio, eſuriui, eſuritum.* / *Parturio, parturiui,* / *Nupturio, nupturiui.* }

De Su=

De Supinis verborum Deponentium, ac Communium,

TAB. XXXIII.

Deponentia, & Communia coniugationis

Primæ faciũt Supinum in atum, ut Aucupor, *aucupatum:* Piſcor, *piſcatum:* Venor, *uenatum:* Oſculor, *oſculatum.*

Secundæ, in itum. Liceor, *licitum:* Mereor, *meritum:* Vereor, *ueritum.* Excipiuntur Fateor, *faſſũ:* Medeor *carens ſupino:* Miſereor, *miſertum:* Reor, *ratum:* Tueor, *tuitum, uel tutum.*

Tertiæ Amplector, *amplexum:* Cõminiſcor, *cõmentum:* Cõplector, *cõplexum:* Expergiſcor, *experrectum:* Fruor, *fructum, uel fruitum:* Fũgor, *functum:* Gradior, *greſſum:* Iraſcor, *iratum:* Labor, *lapſum:* Liquor *caret ſupino:* Vlciſcor, *ultum:* Morior, *mortuũ:* Nanciſcor, *nactum:* Naſcor, *natum:* Nitor, *niſum, uel nixum:* Obliuiſcor, *oblitum:* Ordior, *orſum:* Orior, *ortum:* Paciſcor, *pactum:* Patior, *paſſum:* Proficiſcor, *profectum:* Queror, *queſtum:* Reminiſcor *caret ſupino:* Sequor, *ſequutum:* Loquor, *locutum:* Veſcor *caret ſupino:* Vtor, *uſum.*

Quartæ, in itum: ut, Blandior, *blanditum:* Largior, *largitum:* Mentior, *mentitum:* Potior, *potitum.* Excipiuntur Experior, *expertum:* Opperior, *oppertum:* Metior, *menſum:* Orior, *ortum.*

DE ANO

DE ANOMALIS, ET DEFECTIVIS VERBIS TABVLÆ IOANNIS MVRMELLII.

De Anomalis verbis, TAB. I.

Anomala ſunt, quæ aliorum uerborum inclinatum non ſequuntur.

Sunt autem hæc quatuor, { *Sum, es, eſt.* / *Volo, uis, uult.* / *Fero, fers, fert.* / *Edo, es, eſt.* }

His, adduntur Fio, Eo, Queo.

Morior, Orior, & Potior, Tertiæ, & Quartæ coniugationis inueniuntur: ſed in Infinitiuo tantum dicimus Mori, Oriri, & Potiri.

De Tranſgreſſiuis verbis, TAB. II.

Tranſgreßiua uerba, quæ pleriq; Neutro paßiua uocant, ſunt quæ in o, deſinentia Præteritum faciunt more eorum, quæ in or, deſinunt. Sunt autem hæc,

Audeo, auſus ſum. Gaudeo, gauiſus ſum.
Soleo, ſolitus ſum. Fido, fiſus ſum.
Fio, factus ſum. Prandeo, prandi, uel pranſus ſum.
Cœno, cœnaui, uel cœnatus ſum.
Iuro, iuraui, uel iuratus ſum.
Nubo, nupſi, uel nupta ſum.
Sueſco, ſueui, uel ſuetus ſum.

De verbis in o, paſſiue ſignificantibus,

TAB. III.

Sex uerba in o, paßiuam ſignificationem habent, & conſtructionem. Exulo, *exul fio, patria expellor.*
Fio, *efficior.* Liceo, *æſtimor.* Nubo, *marito trador.*
Vapulo, *uerberor.* Væneo, *uendor.*

De verbis, quæ in Imperatiuo per Apocopen proferuntur, TAB. IIII.

Quatuor uerba in Imperatiuo modo per Apocopen proferuntur: Dic, *pro dice.* Duc, *pro duce.*
Fac, *pro face.* Fer, *pro fere.*

De Primis perſonis inuſitatis,

TAB. V.

Hæ primæ perſonæ non ſunt in uſu: Dor, For, Der, Fer.

De verbis in i, tam Præſens, quam Præteritum tempus ſignificantibus, TAB. VI.

Quatuor uerba in i, tam Præſens, quàm Præteritum tempus ſignificant: & declinantur tantùm per præteritũ, & uoces inde deriuatas: ut, Cœpi, Memini, Noui, Odi.
A' Memini, *etiam in Imperatiuo habemus* Memento, & Mementote.

De reliquis Defectiuis verbis,

TAB. VII.

Defectiua, uerba ſunt, quæ deficiunt modis temporibus, numeris, uel perſonis.
Forem, fores, foret: forent. Infinitiuo, Fore.
Inquio, ſeu Inquam, inquis, inquit: inquiunt. Inquies, inquiet. Inque, inquiat, Participium. Inquiens.

Auſim,

Auſim,auſis,auſit,auſint.

*Cedo,id eſt,dic,uel da:*Cedite,*date,uel dicite.*

Faxo,*faxis,faxit,faxunt:* Faxim,*faxint.*

Aio, *ais, ait: aiunt:* Aiebam, *aiebas, aiebat: aiebamus, aiebatis,aiebant.* Aies,*ai,aias,aiat:aiamus,aiant.*

Aue,*auete: aueto,auetote: auere. Sic,Salue,&* Vale.

Apage,*apageſis.* Sodes,*pro ſi audes.*

Sis,*pro ſi uis.* Sultis,*pro ſi uultis.*

Capſis,*pro cape ſi uis.*

DE SPECIEBVS VERBORVM IOAN. MVRMELLII TABVLÆ.

De duabus verborum Speciebus, TAB. I.

*Verborum duæ ſunt Species:primitiua: ut,*Lego,*caleo.* Deriuatiua:*ut,*Aquor,Lecturio.

De quatuor generibus verbornm Deriuatiuæ ſpeciei, TAB. II.

Verborum Deriuatiuæ ſpeciei, aliæ deriuantur

- A' Verbo: *ut,*Lecturio,*à lego:*Caleſco,*à caleo.*
- A' Nomine : *ut, ab aqua* Aquor : *à patre* Patro, *& patriſſo: à græco* Græciſſo,*&* Græcor.
- Ab Aduerbio:*ut,à cras* Procraſtino *à perendie,* Perẽdino:*à ſatis* Satio.
- A' Præpoſitione:*ut,*Supero,*à ſuper uel ſupra.*

De ſex generibus a verbis deductorum,

TAB. III.

Verborum à uerbis deriuatorum alia ſunt	*Meditatiua: ut, Lecturio.*
	Inchoatiua: ut, Caleſco.
	Frequentatiua: ut, Curſito.
	Deſideratiua: ut, Capeſſo.
	Diminutiua: ut, Sorbillo.
	Paragoga: ut, Albico.

De formatione Meditatiuorum,

TAB. IIII.

Verba meditatiua meditationem, id eſt, præparationem ad actum ſignificant: & formantur ab extremo Supino, aſſumpto rio: ut, dictu, Dicturio: eſu, Eſurio: lectu, Lecturio: mictu, Micturio: nuptu, Nupturio: partu, Parturio.

Excipitur Scaturio, quod fit à ſcateo ſupinum non habenti.

De formatione Inchouatiuorum,

TAB. V.

Inchouatiua initium actus, uel paßionis ſignificant, & formantur à ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi, addito co: ut, labo, labas, Labaſco: caleo, cales, Caleſco: ferueo, ferues, Ferueſco: cupio, cupis, Cupiſco: tremo, tremis, Tremiſco: dormio, dormis, Dormiſco: ſentio, ſentis, Sentiſco. Excipitur hio, hias, quod Hiſco facit.

Quædam deducta uidentur à nominibus, Igneſco, Flammeſco, Corneſco, Lapideſco, Fermenteſco, Dumeſco, Herbeſco, Pueraſco, Opuleſco, Luteſco, Vireſco, Sylueſco, Grandeſco

Grandeſco, Diteſco, Melioreſco, Dulcelſco, Bruteſco, Ste= rileſco.

De duobus Frequentatiuorum generibus, TAB. VI.

Frequentatiuorum alia deducuntur
- *A' uerbis perfectæ formæ: ut, Lecto, à lego: Scripto, à ſcribo: Curſo, à curro.*
- *A' Frequentatiuis: ut, Lectito, à lecto: Scriptito, à ſcripto: Curſito, à curſo.*

De formatione Frequentatiuorum, TAB. VII.

Frequentatiua frequentiam actus ſignificant: & formantur à ſupino, mutatione u, in o: ut, curſu, Curſo*: nexu,* Nexo.

Excipiuntur uerba primæ coniugationis, mutantia a, penultimam ſupini in i: ut, rogatu, Rogito*: clamatu,* Clamito*: uolatu,* Volito.

Fiunt etiã nonnulla à ſecunda perſona in gis, abiecta s, & addita to: ut, lego, legis, Legito*: à quo etiam fit* Lecto*: ago, agis,* Agito*: unde fit etiam* Acto*, &* Actito*: cogo, cogis,* Cogito*: fugio, fugis,* Fugito.

Adduntur his, noſco, noſcis, Noſcito*: quæro, quæris,* Quærito*: paſco, paſcis,* Paſcito.

A' paueo, fit Pauito*: à do,* Dato*: à no,* Nato*: à ſcitor,* Sciſcitor*: à tueor, rectè fit* Tutor*: à ſequor,* Sector*, à loquor,* Loquitor.

De formatione Deſideratiuorum,

TAB. VIII.

Deſideratiua ſignificant affectionem quandam per modum deſiderij: & formantur à ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi in as, uel in es, addita ſo: quòd ſi in is, deſinat, in es, mutanda eſt: ut, leuas, Leuaſſo*: oras,* Oraſſo*: locas,* Locaſſo*: ſupplicas,* Supplicaſſo*: arces,* Arceſſo*: capis,* Capeſſo*: petis,* Peteſſo*: facis,* Faceſſo*.*

Excipiuntur, Viſo, *pro* Videſſo*:* Quæſo *: pro* Quæſeſſo*.*

De Diminutiuis, TAB. IX.

Diminutiua diminutionem ſignificant: ut, Sorbillo, *à ſorbeo.*

De Paragogis, TAB. X.

Paragoga cum ſuis primitiuis idem ſignificant: ut, Albico, *ab albeo:* Candico, *à candeo:* Nigrico, *à nigreo:* Fodico, *à fodio:* Vellico, *à uello:* Nutrico, *à nutrio, dicitur &* Nutricor*.*

De terminationibus, & coniugationibus verborum a verbis deriuatiuorum,

TAB. XI.

Meditatiua deſinunt in urio: ut, Cænaturio, *coniugationis Quartæ.*

Inchoatiua in ſco: ut, Pingueſco, *Tertiæ.*

Frequentatiua in to, ſo, xo: ut, Dicto, Merſo, Flexo*: coniugationis Primæ.*

Deſideratiua